

Universitätsbibliothek Wuppertal

Artivm scriptores minores

Keil, Heinrich

Lipsiae, 1923

Augustini Regulae

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1978)

immo age et a prima dic. hospes, origine nobis; nostrasque sententias ad tempus fictas adiungere utile est, 'immo tu vade, qui cogis alium', 'immo adde orationi, qui detrahare studes'. huic autem coniunctioni utcumque vicinum est, cum dicimus potius; et ideo ad libros, ut dixi, redeundum est.

*

*

*

DE BARBARISMO

Sane quidam discernunt inter barbarismum et barbarum, ut barbarismus sit, si pars orationis secundum redditam rationem aliqua superest vitiosa; barbarum autem, si alicuius gentis verbum est non receptum, ut si quis dicat in latino sermone dellas pro carice, quod utique punicum est. si autem nullius omnino gentis verbum pro verbo enuntiatur, tali vitio nec nomen inpositum est.

REGVLAE AVRELII AVGVSTINI

DE NOMINE

Omnia nomina XIII litteris terminantur, quinque vocalibus, a e i o u, sex semivocalibus, l m n r s x, et duabus mutis, c t. a vocali a masculino, ut Seneca Catilina Sylla Iuba Cinna Pansa, graeca Sosia Pasetta, afra Iugurtha Micipsa; a feminino femina Musa tabula regula norma forma et talia; a neutro graeca sunt tantum, ut thema schema et talia, et unum latinum, nomen fluminis Turia, dicente Salustio 'flumen Turia'; a communi advena convena indigena Troiugena et talia; ab epicoeno vipera aquila musca locusta ulula, quam nos noctuam dicimus, et talia. diximus de a littera; nunc de e dicamus. ab e littera vocali nullum latinum nisi iuncta praepositione masculinum invenitur, ut proconsule propraetore.

1 immo age dic hospes ab origine nobis *V*: *Verg. Aen.* l 753 3 immo adeo ideo *B*) rationi *BV* 4 et ideo et ad *V* et adeo et ad *Weberus* 8 superet *BV* 10 delects pro curi e quid *B*. 'Dietrich doctissimus collega, v. delects propter quatuor consonas repudiato, pro dellas, quo in ulla lingua Semitica scirpi genus significari negat, debbas scribendum censet, cum semam debbas arabice sit cyperus fastigiatus et debsie teste Forskalio in *Flora Aegypt.* p. LXIX et 14 scirpus corymbosus' *Weberus* 11 si] esse *BV* an ecce? nuntiatur *BV*

F codex Monacensis 6281 *Frisingensis* 81

§ editio princeps Basileensis a. 1506

14 IN NOMINE DNI NRI INCIP. REGL. AVRELII AVGVSTINI DE NOMINE *F* Eiusdem diui aurelii augustini hippoensis epi de grammatica liber incipit § 16 a vocali om. *F* § 17 iuua corr. iuba *F* uua § Cinna *Putschius* cinsa *F* § graeca *Putschius* creta *F* § pareta § 20 et unum nomen latinum fluminis (ut add. *F*) turia *F* §: cf. *Prob. cath.* p. 3, 13 22 quam nos noctuam dicimus om. § 23 dicamus om. *F* § nisi iunctam praepositioni ut proconsule *F*

ergo iuncta praepositione fiunt latina, ut dixi, *proconsule* propraetore proquaestore. nam veteres in nominativo casu proconsul dicebant attendentes nullum nomen latinum exire in e litteram nominativo casu genere masculino. a feminino nullum latinum, sed graeca solum, ut *Andromache* 5 *Niobe Libye Hecabe Calliope Euterpe*, quorum genitivus in es exit, ut *Andromaches Niobes Libyes Hecabes Calliopes Euterpes*. sed haec cum graecis tractemus. a neutro e littera in nominativo monile sedile cubile et cetera, quae paulo post in regula generis neutri ponemus. a communi nullum nomen est; similiter nullum ab epicoeno. nunc de i littera tractemus, nominativo quae genera contineat. | a masculino nullum nomen in i; a feminino nullum; a neutro gummī, et est aptoton; a communi nullum; ab omni genere, ut frugi nihili. declinatur sic, hic vir frugi, haec femina frugi, hoc mancipium frugi; genitivo similiter frugi faciet, huius viri frugi, huius feminae frugi, huius mancipii frugi; sic per omnes 15 casus frugi dicimus, sic declinatur nihili, hic nihili vir, haec nihili mulier, hoc nihili mancipium. hoc sono omnes casus declinantur; sic pluraliter viri nihili, feminae nihili, mancipia nihili. ab epicoeno nullum similiter exit in i. ab o littera vocali nominativus terminatus a masculino appellativo, ut ligo ligonis, a proprio nomine, ut Calo Cicero Maro 20 Nero Tubero et talia, a feminino appellativo, ut vertigo indago farrago siligo: in Iuvenali legitur ita,

sed qui conductis inducitur atque fovetur
tot medicaminibus coctaeque siliginis offas
accipit et madidae, facies dicetur an ulcus?

25 sartago virago lanugo aerugo aurugo crepido: in Iuvenali nulla crepido vacat, nusquam pons et tegetis pars: et talia. a feminino proprio, Carthago; peregrina vero, ut Dido Ino Io Alecto Celaeno Clio Manto, quorum genitivus in us exit, Didus Inus Ius Alectus Celaenus Clius Mantus; sed hoc cum graecis tractemus. a neutro nullus nominativus in o exit; a communi fullo latro caupo et cetera; 30 ab epicoeno struthio hirundo hirudo curculio buso et talia. ab u vocali solum neutrum, quod in singulari indeclinabile est, in plurali declinatur, ut cornu veru genu tonitru: hoc sono enuntiantur omnes casus in singulari, ut diximus; in plurali declinantur, cornua verua genua, genitivo 35 horum cornuum veruum genuum; et cetera declinabis ad regulam veruum et fluctuum.

Diximus de vocalibus quinque, quibus terminatur nominativus; nunc de semivocalibus dicamus. I littera nominativus exiens, in masculinis appellativis hic sal, in propriis Sol; in femininis unum nomen matronae 40 tantum, Tanaquil; in neutris mel fel; in communibus vigil pugil, unde et Terentius de virgine 'pugilem esse aiunt'; in epicoenis nullum

1 proconsule posteriore loco om. F₅ 5 haecabe caliope F hecate ξ 6 haec-
habes caliope F hecates ξ 7 manile F 8 neutri non pro omnia nomina ponemus F
ne u per omnia nomina ponemus ξ 16 hoc sono nominativi omnes casus F₅ 18
terminatus masculino F₅ 21 in Iuvenali] sat. 6, 471 22 sed quae mutatis ξ sed
quid mutatis Putschius 23 coctaeque F 24 accipit om. F madida F dicitur
F 25 erugo morbus regius aurugo F erugo arugo ξ in Iuvenali] sat. 5, 8
26 nullo crepido vocat nusquam posset teietes et talia F 27 Ino Io Putschius incio
F iuno io ξ 28 alecto nomen ξ celeno F mantio F exit celenus elius mantio-
cus didus ius sinus sed F Inus] iunus ξ 31 irugo quod est sanguisuga curculio
F 33 gelu F₅ 34 gelua F₅ 38 in masculinis nisi appellativus F 40 tanaquil
uxor tarquini priscim in neutris F 41 Terentius] Eumuch. II 3, 24 agunt F

p. 1977. 78 P.

nomen est. m nominativus exiens in masculinis nullum latinum est; in femininis Glycerium Phanium Dorcium Philocomasium; in neutris autem templum telum tectum et alia, quorum plurales faciles sunt; in communibus nullum exit in m; sic et in epicoenis. nunc tractemus de semivocali n: n littera terminatus nominativus a masculinis flamen pecten lien, 5 quod est splen; a femininis Siren, plurali Sirenes; a neutris carmen germen gramen et cetera talia, quae postea in regula generis neutri tractabimus; a communibus nominativus exiens in n, tubicen tibicen fidicen cornicen liticen [qui lituis canit]; ab epicoenis oscen [id est avis quae tradit augurium] attagen. nunc de semivocali r tractemus: r littera ter- 10 minatus nominativus a masculinis, ut Caesar iubar Arar Nar victor tutor sopor maeror et alia, quae facilia sunt tam in appellativis quam in propriis; a femininis arbor soror; a neutris marmor aequor et alia; a communibus pauper acer alacer memor auctor; ab epicoenis passer accipiter anser. nunc de s littera semivocali tractemus: s littera terminatus nomi- 15 nativus a masculinis iustus doctus pius; a femininis dos sors mors et talia; a neutris vulnus pectus pecus et cetera, quae mox regulariter tractabimus; a communibus sacerdos impos conpos similis nobilis agilis; ab omni genere, ut nugas et cetera: de his mox uberius tractabimus: ab epicoenis tigris mus lepus et cetera. nunc de semivocali littera x 20 tractemus: nominativus in x littera a masculinis vertex cortex pumex, a propriis Pollux; a femininis nex prex sex pax fax et alia; a neutris nullum nomen, nisi omni generi iungatur, ut felix. remanent duae mutae litterae, c t. nominativus exiens in c litteram tenet masculinum, ut allec, tenet neutrum, ut lac. t littera exiens nominativus tenet genus 25 neutrum, ut caput sinciput semicaput.

Nomina generis neutri in um syllabam exeuntia, templum, et declinatur hoc templum huius templi huic templo hoc templum o templum ab hoc templo haec templa horum templorum his templis haec templa o templa ab his templis. simili declinatione et haec omnia procurrunt, 30 ut telum tectum scamnum bellum monstrum portentum oppidum carpentum venenum damnum bonum malum magnum pessimum parvum frumentum medicamentum membrum forum metrum porrum tignum plaustrum claustrum instrumentum olivetum vinetum palmetum quercetum esuletum lauretum argumentum sacrum testamentum iugerum vinum, sed in numero tantum singulari (vina enim poetae dixerunt et Cicero rarius); sic oleum] hordeum triticum ferrum viscum aurum argentum plumbum stagnum vitrum electrum et talia, quae ad pondus veniunt vel mensuram. ex ipsa sunt forma generis neutri quae in ium exeunt; sed haec in genitivo per duo ii scribuntur, ut hoc ingenium huius ingenii. sic impe- 40

2 panium F pilocomasium F 5 flumen vel pecten F 6 a femininis tuen pluralis rienes F 7 cetera talia quae post regulas s cetera quae talia post regulas F 9 cornicen liticen quin lituis dicet F lyricen cornicen qui in lituis canit s id est ab his quae tradunt augurium attagen s id est ab his quae orabat augurium et adtegem F 10 de semivocali r (r r s) littera F s 21 tractemus om. F s 23 iungantur F mutae c t litterae nominativus F s 24 in c littera F s 25 exiens om. F 26 sinciput] sincaput F 27 declinatur nominativo singulari hoc templum gen huius templi etc. F s. notas casuum et numerorum et in hoc et in reliquis exemplis declinationum additas omisi 32 parvum] prauum F 33 porrum Putschius portum F s 35 sed nunc tantum in singulari s 36 et cicerarius (corr. et cicero) sic F et cicera (in marg. al. sicera) sic s: Cic. in Verr. act. sec. I 36, 91. cf. infra p. 1990, Pompei. p. 177, 32

rium imperii, scrinium scrinii, Capitolium Capitolii, tentorium tentorii, armarium armarii [solarium solarii, armentarium armentarii ubi armenta ponuntur], spatium spatii, sacrarium sacrarii [locus in quo sacra ponuntur]; sic horarium horarii, solarium solarii, tectorium tectorii [tentorium tentorii, id est tabernaculum militum], viridarium viridarii, pomerium pomerii [locus post muros], sacrificium sacrificii, folium folii, solium solii, testimonium testimonii; sic rosarium rosarii, aviarium aviarii [locus vel sedes avium], augurium augurii, auspicius auspicii, exitium [exitii, exilium exilii, prodigium prodigii, auxilium auxilii, praesidium praesidii, atrium atrii, aucupium aucupii, adiutorium adiutorii, mancipium mancipii, dolium dolii. est et alia forma generis neutri, quae per us exit, ut hoc pecus huius pecoris huic pecori hoc pecus o pecus ab hoc pecore haec pecora horum pecorum his pecoribus haec pecora o pecora ab his pecoribus. ad hanc formulam declinabimus ulcus ulcera, facinus facinora, vellus vellera, viscus viscera, rus rura, ius iura, nemus nemora, tergus tergora, pectus pectora, genus genera, pondus pondera, corpus corpora, decus decora, funus funera, fenus fenera, olus olera, litus-litora, opus opera, rudus rudera, tus tura, tempus tempora, foedus foedera, stercus stercora, onus onera, latus latera. est alia species generis neutri, quae continet nomina in ur exeuntia, ut hoc murmur huius murmoris huic murmori hoc murmur o murmur ab hoc murmure haec murmora horum murmurum his murmoribus haec murmora o murmora ab his murmoribus. ad hanc formulam similia declinabis, ut ebur ebor, femur femora, sulphur sulphora, fulgur fulgora. sed ex hac formula non multa inveniuntur, quo modo pauca sunt generis neutri, quae in or exeunt, ut marmor huius marmoris huic marmori hoc marmor o marmor ab hoc marmore. sic aequor aequora, cor corda. alia species generis neutri, quae continet nomina in ar syllabam exeuntia, ut far huius farri huic farri hoc far o far ab hoc farre; in plurali tres casus habet solos nominativum haec farra, accusativum similiter haec farra, vocativum o farra. non habet ergo genitivum dativum et ablativum. | unde triptota dicuntur in plurali, id est trium casuum, ut sunt iura: non dicimus horum iurum his iuribus, nec aerum aeribus, nec mellorum mellibus, et alia pauca: nec enim multa sunt. hanc ergo formam numero tantum singulari declinabis. et hoc nectar nectaris, lassar lassaris et instar, quod est similitudo [sed tres casus habent, nominativum accusativum et vocativum], et sunt numeri tantum singularis. alia species generis neutri, quae continet nomina in er exeuntia, sed numeri tantum singularis, hoc piper huius piperis huic piperi hoc piper o piper ab hoc pipere. ad hanc formam

2 solarium solarii tectorium tectorii armentarium armentarii (armentarium armentarii *Putschius*) spacium $\S$ *Putschius* 3 locus in quo sacra ponuntur *om.* $\S$ 4 horarium horarii *Putschius* orarium orarii *F* $\S$ solarium solarii *corr.* salarium salarii *F* salarium salarii $\S$ tectorium — militum *om.* $\S$ 6 locus post muros *om.* $\S$ 7 locus vel sedes avium *om.* $\S$ 8 augurium augurii *F* 17 funus funera] zunus zunera *F* 18 foedera id est pacta *F* 20 huius murmuris et sic in reliquis $\S$ 28 nomina] nominatio *F* 33 nec aera aerum aeribus adaeramentum nec *F* 34 multa sunt. haec nomina in um ponunt. est enim morum farrum in genitio dicere in dat. his farribus et in abl. ab his farribus. hanc *F* multa sunt. sic nec horum farrum in genitio possumus dicere aut in dativo his farribus. hanc $\S$ 34 declinabis nectar $\S$ 35 lassar (*corr.* lassar) lassaris *F* lasser lasseris $\S$ laser laseris *Putschius*: cf. *fragm. Bob. de nom.* p. 131 *ed. Vind.* 36 sed habet tres casus tantum nom. acc. et uoc. et est numeri $\S$ et *om.* *F*

p. 1980. 81 P.

declinabis numero tantum singulari ver, hoc ver huius veris huic veri
 hoc ver o ver ab hoc vere: sic declinabis et siler, genus virgulti, quod
 ait Virgilius, 'ut molle siler'. similiter declinabis et iuger; sed habet
 pluralem, ut iuger iugera secundum antiquos, qui dixerunt horum iuge-
 rum: uber ubera, tuber tubera. et haec, ut dixi, paucorum nominum 5
 sunt. alia species per os, ut ipsum os ora: inde osculum. sed hoc pro-
 ducimus, aliud corripimus, a quo sunt ossa: declinatur hoc os huius os-
 sis huic ossi hoc os o os ab hoc osse haec ossa horum ossuum his ossi-
 bus haec ossa o ossa ab his ossibus. alia species generis neutri, quae
 continet nomina in e exeuntia, ut monile, quod est ornamentum ex gem- 10
 mis, hoc monile huius monilis huic monili hoc monile o monile ab hoc
 monili haec monilia horum monilium his monilibus haec monilia o mo-
 nilia ab his monilibus. similiter declinabis sedile sedilia, praesepe prae-
 sepe, torale toralia, ducale ducalia, molle mollia, grave gravia, vile vilia,
 mite mitia, suave suavia, vitale vitalia, morale moralia, lene lenia, leve 15
 levia, ancile ancilia, quod est genus scuti, de quo Virgilius 'laevaue
 ancile gerebat', facile facilia, | nobile nobilia, agile agilia, mare
 maria: sed pluraliter tres casus habet tantum, nominativum accusativum
 et vocativum, genitivum dativum et ablativum non habet: non enim dici-
 mus in genitivo horum marium aut in dativo his maribus aut in ablativo 20
 ab his maribus. sic et alia declinabis huic formae similia. huius regu-
 lae ablativus in i litteram exit, non in e, quia genus neutrum numquam
 habet quattuor casus similes, ut faciat in nominativo hoc monile et in
 accusativo hoc monile et in vocativo o monile et in ablativo ab hoc mo-
 nile, sed ab hoc monili. inde Virgilius 'instrato saxa cubili', ab 25
 hoc cubili: sic et 'sacra mari colitur', item 'hortatur pater ire
 mari', item 'tenui de vimine', item 'crudeli vulnere', item
 'letali vulnere', item 'dulci ex ore recuset'; et cum dicimus
 'nobili genere natus', non nobile. sic ergo observabis in nomine neutro
 quod exit nominativo singulari in e, ut ablativum in i mittat regula per- 30
 petua. alia species generis neutri, quae continet nomina in al exeuntia,
 ut animal, hoc animal huius animalis huic animali hoc animal o animal
 ab hoc animali haec animalia horum animalium his animalibus haec ani-
 malia o animalia ab his animalibus. ad hanc formam declinabis tribunal
 tribunalia, Lupercal Lupercalia, quae sunt sacra illius genii qui Pan 35
 vocatur; unde et Virgilius de ipso loco 'et gelida monstrat sub
 rupe Lupercal'. alia species generis neutri, quae continet nomina in
 el exeuntia, ut mel, hoc mel huius mellis huic melli hoc mel o mel ab
 hoc melle. sic declinabis fel, hoc fel huius fellis huic felli hoc fel o

1 gen. huius ueris dat huic uerri — ab hoc uerre F 2 sic declinabis hoc siler
 ut ait virgilius molle s: Verg. georg. II 12 4 qui non dixerunt iugerum F qui
 dixerunt iugerum s: cf. Don. p. 378, 34 Serv. p. 434, 22 Pomp. p. 193, 22 7 ab
 eo quod sunt ossa F declinantur F 8 horum ossuum corr. horum ossium F
 horum ossium s 10 quod — gemmis om. s 13 praesepe] praese F 14 torale
 toralia] collare collaria s 16 quod est genus scuti om. s laevaue] Verg. Aen.
 VII 188 19 et ablativum nec enim in genitivo F 21 huius] huic F s 22 in
 i littera F in i s 25 monili gen. neutrum non habet quattuor casus similes inde F
 instrato] Verg. georg. III 230 26 sacra] Verg. Aen. III 73 hortatur] Verg.
 Aen. III 144 27 item in tenui F s: Verg. georg. III 166 crudeli] Verg. Aen.
 II 561 28 letali] Verg. Aen. VIII 580 dulci] Verg. Aen. XII 802 dulci tristis
 ex ore recuset] ex] et s recuset] cornucent Putschius 29 observaris F
 31 continet om. F 35 genii] genus F 36 et zelide F: Verg. Aen. VIII 343

fel ab hoc felle. sed in plurali numero per tres casus currit, nominativum accusativum et vocativum. alia species generis neutri, quae continet nomina in en syllabam exeuntia, hoc crimen huius criminis huic crimini hoc crimen o crimen ab hoc crimine haec crimina horum criminum his criminibus haec crimina o crimina ab his criminibus. ad hanc regulam similia declinabis, carmen carminis, numen numinis, flamen flaminis, agmen agminis, acumen acuminis, gramen graminis, flumen fluminis, stamen staminis, lumen luminis, semen seminis, liquamen liquaminis, fulmen fulminis, rumen ruminis, bitumen bituminis, gluten glutinis, legumen leguminis, fundamen fundaminis, tegimen tegiminis, munimen muniminis, levamen levaminis, specimen speciminis; sed pluralem non admittit: item subtegumen subteguminis. alia species generis neutri aptota, id est indeclinabilis, ut genu, hoc genu huius genu huic genu hoc genu o genu ab hoc genu haec genua horum genuum his genibus 15 haec genua o genua ab his genibus. ad hanc formam declinabis et cornu, ut supra diximus, cornu cornua, veru verua, quae sunt virgae ferreae laniorum, de quibus Virgilius 'veribusque trementia figunt', tonitru tonitrua. sed talium nominum declinatio perrara invenitur. alia species generis neutri, de qua supra tractavimus, quae exit in quattuor 20 nomina duarum mutarum, c et t, ut caput sinciput et lac et allec; sed haec duo pluralem numerum non admittunt. exit item genus neutrum in a, sed in graecis nominibus, ut thema themata, toreuma toreumata, schema schemata, emblema emblemata, theorema theoremata, boethema boethemata et alia. item meminerimus singulas litteras tam in graecis 25 quam in latinis generis esse neutri. dicimus enim unum alfa, unum beta, unum gamma; sic et alias litteras: pluraliter duo alfa, duo beta, duo gamma; sic tria alfa, tria beta, tria gamma. inde est illud, *τρία κάππα κάπιστα*, id est tria cappa pessima, de Cornelio Sylla, de Cornelio Cinna, de Cornelio Lentulo. hi enim per tres litteras designati sunt 30 in libris Sibyllinis. est et unum nomen generis neutri in a, ut flumen Turia, ut supra diximus.

Genus commune exit per a, ut advena: declinatur hic et haec advena huius advenae huic advenae hunc et hanc advenam o advena ab hoc et ab hac advena hi et hae advenae horum et harum advenarum his advenis hos et has advenas o advenae ab his advenis. ad hanc formulam 35 declinabis Troiugena indigena incola agricola convena caelicola sacricola publicola terricola urbicola plebicola Numida Dalmata ruricola lucifuga Persa Romulida et cetera. in nominativo e et i non habet genus commune, id est non exit in e nec in i, sed in o, ut latro: hic et haec

1 sed plurali numero non nisi per tres § 8 stamen staminis] stramen straminis § 9 rumen ruminis. rumen est quidam sinus in gula certorum animalium a quo servant cybos postea masandos. unde ruminare dicimus bitumen F 11 speciminis id est indicio sed pluralem non admittunt F 12 subtegimen subtegiminis § 16 ferreae F 17 uerubusque §: Verg. Aen. I 212 22 thema themata thoreuma thoreumata quae sunt uasa atorono (l. torno) facta schema schemata id est figura emblema emblemata id est in uasis argenteis quaerentia (l. haerentia) theorema theumarata (corr. theoremata) id est spectamenta aliquarum quaestionum considerationes signa signamata boethema boethemata (corr. boema boemata) id est adiutoria et alia F 26 aliae litterae corr. alias litteras F aliae litterae § 27 inde] id F *τρία κάππα κάπιστα*] tria cappa cacirca F, lacuna in § 29 per om. F 36 sacricola] sagricola F 37 orbicola F § plebicula nummida F ruricola F 38 romolda F 39 id est — in i om. §

p. 1983—85 P.

latro huius latronis huic latroni hunc et hanc latronem o latro ab hoc et
 ab hac latrone hi et hae latrones horum et harum latronum his latroni-
 bus hos et has latrones o latrones ab his latronibus. ad hanc formulam
 declinabis homo ganeo degulo caupo fullo nemo belluo, qui et glutto, et
 talia. per u autem nullum habet in nominativo. ergo exit commune per 5
 es syllabam, ut comes, hic et haec comes huius comitis huic comiti hunc
 et hanc comitem o comes ab hoc et ab hac comite hi et hae comites
 horum et harum comitum his comitibus hos et has comites o comites
 ab his comitibus. ad hanc formulam declinantur sospes locuples hospes,
 licet hospitam dixerit Virgilius, 'hospita tellus'. miles veles [id est 10
 levis armaturae miles] interpres ales praepes praes [id est fideiussor]
 satelles deses praeses dives Caeres caeles [caelites qui iter sibi faciunt
 ad caelum] indiges indigetis et cetera. exit in is, ut similis, hic et haec
 similis huius similis huic simili | hunc et hanc similem o similis ab hoc
 et ab hac simili hi et hae similes horum et harum similibus his simi- 15
 libus hos et has similes o similes ab his similibus. ad hanc formam
 declinantur agilis facilis fragilis viridis nobilis mobilis dulcis humilis mitis
 lenis levis mollis civis testis hostis tristis fortis suavis frugalis crudelis
 inanis gracilis inmanis et cetera. exit per os, ut sacerdos, hic et haec
 sacerdos huius sacerdotis huic sacerdoti hunc et hanc sacerdotem o sa- 20
 cerdos ab hoc et ab hac sacerdote hi et hae sacerdotes horum et harum
 sacerdotum his sacerdotibus hos et has sacerdotes o sacerdotes ab his
 sacerdotibus. ad hanc formam declinantur custos inpos conpos nepos.
 exit per us, ut sus, hic et haec sus huius suis huic sui hunc et hanc
 suem o sus ab hoc et ab hac sue hi et hae sues horum et harum 25
 suum his subus hos et has sues o sues ab his subus. exit per er,
 ut pauper, hic et haec pauper huius pauperis huic pauperi hunc et hanc
 pauperem o pauper ab hoc et ab hac paupere hi et hae pauperes horum
 et harum pauperum his pauperibus hos et has pauperes o pauperes ab
 his pauperibus. ad hanc formam declinantur acer alacer [id est laetus]. 30
 exit commune in ex, ut opifex, hic et haec opifex huius opificis huic
 opifici hunc et hanc opificem o opifex ab hoc et ab hac opifice hi et hae
 opifices horum et harum opificum his opificibus hos et has opifices o
 opifices ab his opificibus. ad hanc formam declinabis artifex aurifex
 iudex carnifex index vindex auspex haruspex signifex et alia. exit genus 35
 commune in eps, ut princeps: declinatur sic, hic et haec princeps huius
 principis huic principi hunc et hanc principem o princeps ab hoc et ab
 hac principe | hi et hae principes horum et harum principum his prin-
 cipibus hos et has principes o principes his principibus. sic declinantur
 manceps particeps municeps. anceps autem et biceps et triceps et qua- 40
 driceps multiceps praiceps, haec sex nomina genitivum singularem contra
 regulam superiorem in tis syllabam mittunt, non in pis, ut anceps an-
 cipitis, biceps bicipitis, triceps tricipitis, quadriceps quadricipitis, multi-

4 elluo F' gluto § 9 declinatur F declinabis similia ut § 10 licet hos-
 pitem F hospita] Verg. Aen. III 539 bellum, o terra hospita portas miles vel
 heres id est levis armator emilles F' 11 praepes id est fideiussor et cetera F. ea
 quae hoc loco omitta sunt in F addita sunt infra p. 503, 8 12 Caeres] heres Putschius
 23 nepos qui est patrimoniae consumptor exit per hus F 26 his subus quo-
 modo et subibus F his subibus § ab his subibus § 30 declinantur ut acer F de-
 elinantur et alia ut acer § 35 haruspex] auruspex F signifex quod signa facit
 et alia F 38 principium corr. principum F

ceps multicapitis, praeceps praecipitis. sed ideo in tis syllabam exeunt, non in pis, ut principis mancipis, quia a capitis significatione veniunt, illa autem superiora a capiendi significatione. princeps enim dictus est, quod primus capiat, et manceps, quod manu capiat; anceps autem dictus, quod dubii capitis sit vel inclinati capitis in utramque partem. exit genus commune et in iux syllabam, ut coniux, hic et haec coniux. exit et in ux, ut hic et haec dux redux. exit in ops, quod quidem in omne genus redibit. exit et in ebs, ut caelebs [caelebs dicitur qui non habet uxorem vel quae non habet maritum; qualia sunt numina in caelo, quae absque coniuge sunt, si ad poetas non attendamus], hic et haec caelebs huius caelibis huic caelibis hunc et hanc caelibem o caelebs ab hoc et ab hac caelibe hi et hae caelibes horum et harum caelibum his caelibibus hos et has caelibes o caelibes ab his caelibibus. exit et in yx, ut Phryx, hic et haec Phryx huius Phrygis huic Phrygi hunc et hanc Phrygem o Phryx ab hoc et ab hac Phryge hi et hae Phryges horum et harum Phrygum his Phrygibus hos et has Phryges o Phryges ab his Phrygibus. exit et in us, ut Ligus [similiter ut Phryx locale nomen est], hic et haec Ligus huius Liguris huic Liguri hunc et hanc Ligurem o Ligus ab hoc et ab hac Ligure hi et hae Ligures horum et harum Ligu|rum his Liguribus hos et has Ligures o Ligures ab his Liguribus. exit genus commune et in il, ut vigil, hic et haec vigil huius vigilis huic vigili hunc et hanc vigilem o vigil ab hoc et ab hac vigili hi et hae vigiles horum et harum vigilium his vigilibus hos et has vigiles o vigiles ab his vigilibus. ad hanc regulam declinabis hic et haec pugil. exit et in ul, ut exul, hic et haec exul huius exulis huic exuli hunc et hanc exulem o exul ab hoc et ab hac exule hi et hae exules horum et harum exulum his exulibus hos et has exules o exules ab his exulibus. ad hanc formam declinabis praesulem, hic et haec praesul [quod modo masculinum est consul]. exit et in ur, ut fur, hic et haec fur huius furis huic furi hunc et hanc furem o fur ab hoc et ab hac fure, hi et hae fures horum et harum furum his furibus hos et has fures o fures ab his furibus. ad hanc formam declinabis augurem, hic et haec augur. exit genus commune in or, ut maior memor. sed memor, si talis regula est, non admittit genus neutrum in us, quo modo maior admittit in neutro, ut maius: hic et haec memor huius memoris huic memori hunc et hanc memorem o memor ab hoc et ab hac memori hi et hae memores horum et harum memorum his memoribus hos et has memores o memores ab his memoribus. admittit et neutrum, sed non in regulam generis omnis, ut hoc memor, unde et Virgilius

tum siquod non aequo foedere amantis
curae numen habet, iustumque memorque precatur;
pluralem non admittit. inde non est generis omnis: neque enim dicimus

2 significatione non veniunt F. 6 iux et coniux § 8 redibunt exit et in es ut satellites — ab his satellitibus. ad hanc formam similia declinabis hospes deses praeses ales diues miles ceres ueles uellites qui sunt leuis armaturae milites celes celites qui iter faciunt ad caelum sic indiges indigetis. exit et in eps ut caeleps F. 9 vel quae] vel qui F. quae om. F. 10 adpetas non F. agapetas non § agapetas Putschius 15 Phryge] phrygi F. 22 ab hac uigile § 23 uigilum § 27 praesulem] praesule F. 28 quoniam masculinum est ut consul § 33 si alia regula est F. 35 ab hac memore § 38 hoc memor] haec memores F. 39 tum sit quod non equos edere amantes cure nomen F: Verg. Aen. III 520 amantes §

p. 1986—88 P.

memora vel memoria numina. similiter declinabis auctorem, hic et haec auctor, ut ait Iuno 'auctor ego audendi', hi et hae auctores.

Item de genere omni. exit genus omne in ax, in ex, in ix, in ox, in ux, in ans, in ens, in ons, in ar, in ers, in ors, in us, in es, in am. in ax, ut hic et haec et hoc pertinax huius | pertinacis huic pertinaci⁵ hunc et hanc pertinacem et hoc pertinax o pertinax ab hoc et ab hac et ab hoc pertinaci hi et hae pertinaces et haec pertinacia horum et harum et horum pertinacium his pertinacibus hos et has pertinaces et haec pertinacia o pertinaces et o pertinacia ab his pertinacibus. ad hanc formam declinabuntur efficax tenax pervicax dicax sequax rapax mordax capax¹⁰ furax emax fallax mendax nugax vivax. haec omnia ablativum singularem in i litteram mittunt. exit item genus omne in ex secundum ordinem regularum supra ordinarum, ut simplex, hic et haec et hoc simplex huius simplicis huic simplici hunc et hanc simplicem et hoc simplex o simplex¹⁵ ab hoc et ab hac et ab hoc simplici hi et hae simplices et haec simplicia horum et harum et horum simplicium his simplicibus hos et has simplices et haec simplicia o simplices et o simplicia ab his simplicibus. ad hanc formam declinantur duplex triplex quadruplex quinquplex sexplex: septuplex exclusum est, quia septimplex latinum est, quod declinatur ut superius. ex regula ix felix, quod declinatur hic et haec et hoc felix²⁰ huius felicis huic felici hunc et hanc felicem et hoc felix o felix ab hoc et ab hac et ab hoc felici (ex sono generis neutri; a propriis nominibus in e exit, ab hoc Felice, et generis est masculini) hi et hae felices et haec felicia horum et harum et horum felicium his felicibus hos et has felices et haec felicia o felices et o felicia ab his felicibus. ad hanc regulam²⁵ declinatur pernix, quod significat velocem. ex regula ox, ut ferox; declinatur sic, hic et haec et hoc ferox huius ferocis huic feroci hunc et hanc ferocem et hoc ferox o ferox ab hoc et ab hac et ab hoc feroce (ex sono generis masculini et feminini) hi et hae feroces et haec ferocia horum et harum et horum ferocium his ferocibus hos et has feroces et haec | ferocia o³⁰ feroces et o ferocia ab his ferocibus. ad hanc formam declinabitur atrox velox. ex regula ux unum nomen est trux, hic et haec et hoc trux huius truci huic truci hunc et hanc trucem et hoc trux o trux ab hoc et ab hac et ab hoc truci (a sono generis neutri) hi et hae truces et haec trucia horum et harum et horum trucium (a sono generis neutri) his trucibus hos et³⁵ has truces et haec trucia o truces et o trucia ab his trucibus. ex regula ans, ut praestans hic et haec et hoc praestans huius praestantis huic praestanti hunc et hanc praestantem et hoc praestans o praestans ab hoc et ab hac et ab hoc praestanti (ex sono generis neutri) hi et hae praestantes et haec praestantia horum et harum et horum praestantium (a sono generis neutri) his praestantibus hos et has praestantes et haec praestantia o praestantes et o praestantia ab his praestantibus. ad hanc formam declinantur amans clamans cantans luctans constans prostans regnans

1 nomina F 2 ait *Putschius* at Fg: *Verg. Aen. XII* 159 audiendi F
4 in ux ans ens ons ars ers ors am us es, in ax F in ux ans ens ars ers ors in us
es, in ax g 11 ablativum singularem et alia in i mittunt g ablativum singularem et in
alia in i mittunt F 18 quinquplex sexplex exclusum ē quia septimplex F quin-
tuplex sextuplex exclusum est et quia septemplex g quintuplex sextuplex septuplex
excluso m quia et septemplex *Putschius* 22 ex sono — masculini hoc loco om. F
25 felicibus sono generis neutri a propriis nominibus in e exit ab hoc felici et ge-
neris est masculini ad F 32 ut trux id est asper F 43 prostans] prestans F

mirans minans miserans aestuans versans et alia. ex regula ens, ut amens, hic et haec et hoc amens huius amentis huic amenti hunc et hanc amentem et hoc amens o amens ab hoc et ab hac et ab hoc amenti (a sono generis neutri similiter) hi et hae amentes et haec amentia horum et harum et horum amentium (a sono generis neutri) his amentibus hos et has amentes et haec amentia o amentes et o amentia ab his amentibus. ad hanc formam declinantur demens potens inpotens praepotens prudens imprudens pudens impudens frequens infrequens sedens haerens moriens merens tenens egens ferens cedens saeviens serviens sapiens insapiens
 10 decipiens et talia. ex regula ons, ut sons, hic et haec sons huius sontis huic sonti hunc et hanc sontem et hoc sons o sons ab hoc et ab hac et ab hoc sonti (a sono generis neutri) hi et hae sontes et haec sontia horum et harum et horum sontium (a sono generis neutri) his sontibus hos et has sontes et haec sontia | o sontes et o sontia ab his sontibus.
 15 ad hanc regulam declinatur insons [id est innocens]. haec duo tantum sunt generis omnis. ex regula ar, ut par, hic et haec et hoc par huius paris huic pari hunc et hanc parem et hoc par o par ab hoc et ab hac et ab hoc pari (a sono generis neutri) hi et hae pares et haec paria horum et harum et horum parium his paribus hos et has pares et haec paria o pares et o paria ab his paribus. ad hanc formam declinantur
 20 inpar et suppar, quae sola tria sunt generis omnis. ex regula ers, ut iners, hic et haec et hoc iners huius inertis huic inertii hunc et hanc inertem et hoc iners o iners ab hoc et ab hac et ab hoc inertii hi et hae inertes et haec inertia horum et harum et horum inertium his inertibus
 25 hos et has inertes et haec inertia o inertes et o inertia ab his inertibus. ex regula ors, ut vecors, hic et haec et hoc vecors huius vecordis huic vecordi hunc et hanc vecordem et hoc vecors o vecors ab hoc et ab hac et ab hoc vecordi (a genere neutro) hi et hae vecordes et haec vecordia horum et harum et horum vecordium his vecordibus hos et has vecordes
 30 et haec vecordia o vecordes et o vecordia ab his vecordibus. ad hanc regulam declinantur excors concors discors consors dissors. sed haec duo, id est consors et dissors, in genitivo singulari tis syllabam habent, ut consortis dissortis. dissors autem dicitur dissimilis sortis. ex regula us, ut vetus: declinatur sic, hic et haec et hoc vetus huius veteris huic veteri
 35 hunc et hanc veterem et hoc vetus o vetus ab hoc et ab hac et ab hoc veteri (a sono generis neutri), hi et hae veteres et haec vetera horum et harum et horum veterum his veteribus hos et has veteres et haec vetera o veteres et o vetera ab his veteribus. hoc solum nomen est generis omnis. ex regula es, ut teres [quod est rotundum]: declinatur hic et
 40 haec et hoc teres [teres dictum a terendo]. ex regula am, nequam: aptoton est: uno enim sono declinatur per omnes casus per omnia genera.

De genere epicoeno. est autem genus epicoenon, quo sub uno arti-

7 declinatur ut haec demens *F* praepotens] propotens *F* 9 saeviens] se-
 euens *F* 10 ut sons quod significat nocens *F* 21 sola tria] solitaria *F* 31
 discors consors dissors sed haec *Putschius* discors dissors sed haec & discors sed et
 haec *F* 33 autem] enim *F* 38 nomen generis omnis es *F* nomen in us est ge-
 neris omnis es & 40 ex regula aū aptoton est *F* ex regula autem aptota est nequam
 & 41 declinatur (declinantur &) omnes casus per omnia genera addita declinatione v.
 nequam *F* 43 De genere epicoeno om. *F* De nominibus generis epiceni et diffe-
 rentia eiusdem generis a communi & quo] quod *F* &

culo intellegitur uterque sexus, ut puta hic passer: iam sub hoc articulo qui sonat hic illic est et femina. declinatur hic passer huius passeris huic passeri hunc passerem o passer ab hoc passere hi passerēs horum passerum his passeribus hos passerēs o passerēs ab his passeribus. sic et haec aquila: sub uno articulo qui sonat haec ibi et masculum⁵ intellegimus. sic et haec tigris, sub quo sono intellegitur et masculus; sic et haec hirundo, ibi intellegis et masculum; sic hic struthio, ibi intellegis et feminam; sic sorix stelio musca. ergo hoc interest inter genus commune et epicoenon [deinde alia differentia, quia in genere communi et homines sunt et pecora, in epicoeno pecora tantum], quod in genere¹⁰ communi ambo articuli sunt, id est hic et haec, ut hic et haec canis; epicoenon autem cum articulo uno communicat masculum et feminam, ut cum dico hic passer, sub ipso articulo qui sonat hic intellegitur et femina. sic in nomine generis neutri, quod est hoc pecus, sub articulo qui sonat hoc intellegitur et femina, ut Virgilius ait 'lenta salix feto pecori';¹⁵ et in pecore, licet sit genus neutrum, auditur illic et genus feminum, cum dixit 'feto pecori', id est gravido.

Nunc dicendum de nominibus quae aut numeri sunt tantum singularis aut numeri tantum pluralis. in masculino tantum pluralia, ut cancelli manes penates: in feminino tantum pluralia, ut thermae exequiae²⁰ insidiae divitiae nundinae kalendae; item in nominibus civitatum, Amyclae Thenae Athenae Syracusae Thebae Tuburnae Saldae Abiturae Macomades Cales Carrae Asirae Lares Furnitum, quae loca tunos dicuntur, et alia similia: in neutro tantum singularia, ut aurum argentum plumbum stagnum piper triticum oleum vinum, quamquam Virgilius vina et Cicero ra-²⁵ rius, hordeum, poetica licentia dedit plurali, ut 'serite hordea campis': in neutro tantum pluralia castra moenia arma exta [id est viscera] Bactra [quae est civitas Parthiae]; ergo et haec civitas generis neutri est numero tantum plurali.

Sane sunt nomina sub duplici enuntiatione, ut tribunus militum,³⁰ praefectus urbis, praefectus fundis, praefectus annonae, praefectus vigilibus, plebis scitum, senatus consultum. quorum nominum una pars declinatur, altera non declinatur, ut puta praefectus vigilibus, nominativus ipse flectitur per casus, praefectus praefecti praefectum praefecte a praefecto; vigilibus sic manet nec flectitur: ut senatus con-³⁵

2 quo sonat Fg 5 sic] sed Fg quo sonat Fg 6 sic et trigris sub sono masculus F 7 ibi intellegitis utroque loco F 8 sorix stellio g 9 deinde alia differentia om. g 11 id est hic et haec cum nomine communicat ut hic Fg 12 epicoenon autem cum articulo uno masculino communicat nomen femininum ut cum g in epicoenon autem cum articulo uno communicat nomen femininum et cum F 14 sic in articulo generis neutri Fg 15 lenta] Verg. bucol. 3, 83 19 in masculino tantum pluralia om. Fg 21 item] id ē F, om. g amicle tebeat. tenes iracusae F 22 tuburnae g tuburnae F: oppidum Tuburnicense Plinius n. h. V 4, 29 abiturae g habitudine F. dici videtur oppidum Abutucense apud Plinium l. c. 23 cales carraei relares furnitum quae loca tunos (turnos g) dicuntur Fg. Assuras inter urbes Africae ponitur itin. Anton. p. 47, 49, 51 ed. Wess., Φοργύλα πόλις Αἰθῶν Steph. Byz. p. 670, 15 ed. Mein. pro corrupto v. tunos Putschius scripsit Farnos 25 oleum hordeum vinum g et] at g rarius declinatur autem nominativus solus poetica licentia dedit plurali ut serite ordea campis et alia in neutro F rarius. poetica licentia dedit plurali ut serite hordea campis. declinatur autem nominativus solus, in neutro g: cf. supra p. 498, 36. ea quae interposita sunt de nominativi declinatione ad regulam nominum compositorum pertinere videntur 26 serite] Verg. georg. I 210 31 vigilibus] virgil F, item infra

sultum, hoc consultum huius consulti huic consulto hoc consultum o consultum ab hoc consulto; senatus autem genitivus est, hic non flectitur.

De nomine, quantum rudi conveniebat, plenius exposuimus; nunc de pronomine est dicendum, quae est secunda pars de octo partibus orationis.

DE PRONOMINE

Ideo pronomen dicitur, quia vicem fungitur nominis, ut ille iste ipse. nam quo modo dicendo nomen explicamus personam, ut Virgilius, sic pronomina prope eiusdem potestatis sunt, cum tacito nomine dicimus 'hic fecit', 'iste fecit'. pronomina aut finita sunt aut infinita aut minus quam finita. finita sunt quae notant certam personam, ut ego; infinita, ut quis quisque quicumque quaecumque qui aliqui quae aliquae. minus quam finita sunt pronomina quae non sic definiunt personam, ut non egeant monstratore, quo modo dicimus ego: nam ipsum tu non plene finitum est, nisi in personam direxeris digitum. sic ergo haec minus quam finita dicenda sunt. habent enim quandam designationem, sed non plenae significationis, quo modo ego: ut puta pone esse turbam, tamen non sic significanter tu dicitur in turba, quo modo de turba cum unus dixerit ego; sed ut de multis unum significemus, quem quaerimus, aut nomen addimus aut digitum intendimus, ut appareat certius, quem vocemus. ergo tu ille et iste et alia, quae possunt ex parte aliqua definire personam, minus quam finita vocanda sunt. prima persona tam in singulari numero quam in plurali, cum dicimus nos, non habet vocativum casum; quia nemo se vocat, o ego, o nos. ergo sic declinatur ego mei mihi me a me nos nostrum nobis nos a nobis: vocativum enim, ut dixi, non habet tam in singulari quam in plurali. sequitur declinatio secundae personae: tu tui tibi te o tu a te vos vestrum vobis vos o vos a vobis. sane prima persona et secunda, id est ego et tu, generis omnis est: nam et vir dicit ego et femina ego et mancipium ego; sic tu, et viro dicimus tu et feminae et mancipio. sic in plurali generis omnis est, ut nos vos. ex tertia persona haec est declinatio, masculino genere ille illius illi illum o ille ab illo illi illorum illis illos o illi ab illis, genere feminino illa illius illi illam o illa ab illa illae illarum illis illas o illae ab illis, genere neutro illud illius illi illud o illud ab illo illa illorum illis illa o illa ab illis. iste similiter et ipse ad formam superiorem declinabis tam ad genera quam etiam ad numeros. sane quaestio est in hoc pronomine, ipse, quare cum istud et illud in genere neutro dicimus, dicamus ipsum, ut ait Virgilius 'atque ipsum corpus amici', non dixit ipsud. sed haec quaestio solvitur hoc modo: antiqui enim magis ipse dicebant in nominativo singulari generis masculini quam ipse. hanc antiquitatis rationem adtendentes artis scriptores pronomen hoc ad formam nominis transtulerunt; et quo modo in nomine iustus iusta iustum dicimus et perfectus perfecta perfectum, sic enuntiabitur et hoc pronomen ipse ipsa ipsum, non ipsud, quo modo istud et illud.

7 nice § 12 quaecumque] quemcumque quamcumque F 14 monstratorem F demonstratore § 15 direxeris] duxeris F § 17 sic tu significanter dicitur § sic significantius dicitur F 22 prima persona dicitur ego tam F § 26 sed sequitur F: sequitur — personae om. § 36 ipse om. F 37 cum] quia F dicimus om. F 38 atque] Verg. Aen. I 486 39 ipsius corr. ipse F 41 arte scriptores F transtulerunt ut quomodo F § 43 ipsius ipsa ipsum non ipsius F

Dicendum de infinitis: genere masculino qui cuius cui quem o qui a quo qui quorum quis vel quibus, ut Virgilius 'quis ante ora patrum', quos o qui a quibus | feminino genere quae cuius cui quam o quae a qua quae quarum quis quas o quae a quibus, genere neutro quod cuius cui quod o quod a quo quae quorum quis (sed iam secundum usum quibus dicimus) quae o quae a quibus. antiqui quis genere communi dixerunt, hic et haec quis, huius quis, huic qui, hunc et hanc quem, o quis, ab hoc et ab hac qui. inde venit ablativus exiens in bus, a quis autem ablativus pluralis ab ablativo venit qui exit in o, quo modo in regula nominum ablativus cum exierit in o, 10 dativum pluralem in is mittit, ut a iusto iustis, a docto doctis, a perfecto perfectis, a fortunato fortunatis. ergo, ut superius dixi, hic et haec quis dixerunt, et quo modo in nominibus hic et haec similis, hic et haec agilis, hic et haec facilis, sic in pronominibus hic et haec quis, ab hoc et ab hac qui. inde Virgilius, cum de socia Camillae diceret, 15 ait 'quicum partiri curas', id est cum qua partiri curas. item sunt alia infinita: uter, et declinatur uter utrius utri utrum o uter ab utro utri utrorum utris utros o utri ab utris. inde addita in compositione quae syllaba facit uterque et significat ambos; et tamen singulari sono est, sed significatione duali. nam cum dixit Virgilius 20

constitit in digitos extemplo arrectus uterque, duo significati sunt, cum dixerit uterque; cum autem arrectus, noluit spectare pluralitatem, ut sit in plurali utrique. sed hoc interest, quia uterque, licet duo significet, tamen solos duo; utrique autem duo significat, sed sic ut in singulis multi sint: si dicam 'utrique exercitus', duo 25 significo, sed sic in singulis turbam intellegi volo. haec quidem distincta sunt, sed iterum auctoritate confusa sunt. nam cum ait Virgilius 'super utraque quassat tempora', confudit: dicere enim debuit 'super utrumque tempus'. loquebatur enim de duobus temporibus tantum, cui utrumque | tempus sufficebat, ut diceret 'super utrumque quassat tempus'. ergo ut 30 declinavimus masculinum pronomen, sic femininum declinabimus, utra mulier, utrius mulieris, utri mulieri, utram mulierem, o utra mulier, ab utra muliere, utrae mulieres, utrarum mulierum, utris mulieribus, utras mulieres, o utrae mulieres, ab utris mulieribus; sic neutro utrum mancipium, utrius mancipii, utri mancipio, utrum mancipium, o utrum 35 mancipium, ab utro mancipio, utra mancipia, utrorum mancipiorum, utris mancipiis, utra mancipia, o utra mancipia, ab utris mancipiis. sic declinamus eius contrarium, quod est neuter: masculino neuter, feminino neutra, neutro genere hoc neutrum mancipium. unde usus iam arripuit ut dicamus 'generis neutri', cum dicere debeamus generis neutrius, quo 40

1 dicendum de infinitis numero singulari nominatio qui F de declinatione infinitorum nominatio quis § 2 quis ante oram patrum F: Verg. Aen. I 95 16 quicum] Verg. Aen. XI 822 17 infinita quas uter adscr. in marg. interrog F infinita quae interrogatio § 18 inde dicta compositio quae syllaba F 19 et tamen in singulari F 21 constitit] Verg. Aen. V 426 extemplo F uterque rectus duo F 22 noluit (voluit F) expectari F § 23 ut sit plurali in utrique F 24 solus F solum § 25 sint] s F si dicas F § 26 sed sic in F 27 super] Verg. Aen. V 855 28 quassa F 29 cui utraque temporibus sufficebat acco ut diceret utrum quassat temporibus (corr. tempus) F cui utrumque tempus sufficebat accensatius ut diceret utrumque ssum tempus § 33 utrarum] utrum F 40 debeamus neutrius quo modo § debeamus genere quo modo F

modo utrius. addita quae syllaba declinatur pronomen ipsum ad regulam supra dictam, in masculinis uterque, in femininis utraque, in neutris utrumque; sic pluraliter in masculinis utrique, in femininis utraque, in neutris utraque mancipia. est et aliud pronomen, ullus ullius ulli ullum
 5 o ullus ab ullo ulli ullorum ullis ullos o ulli ab ullis, femininum ulla ullius ulli ullam o ulla ab ulla ullae ullarum ullis ullas o ullae ab ullis, neutrum ullum ullius ulli ullum o ullum ab ullo ulla ullorum ullis ulla o ulla ab ullis. ad hanc formam declinabis et nullus nulla nullum, sic et alius huius alius huic alii, sic alter huius alterius huic alteri, sic
 10 totus huius totius huic toti, sic solus huius solius huic soli, sic unus huius unius huic uni, unde Virgilius

huic uni forsitan potui succumbere culpa.

sunt et qualitatis pronomina, hic et haec qualis huius qualis genere communi; a genere autem neutro hoc quale huius qualis haec qualia horum qualium. sunt et quantitatis, | ut quantus tantus quanti tanti, declinantur ut iustus iusti; a feminino quanta tanta, declinantur ut iusta; a neutro quantum tantum, declinantur ut iustum. item pronomen a masculino quotus totus, a feminino quota tota, a neutro quotum totum, pluraliter a masculino quoti toti, a feminino quotae totae, a neutro quota iugera, quotorum iugerorum. sunt relativa, quae ad interrogantem referuntur,
 20 ut 'quis est?', respondetur 'is est', et declinatur a masculino is eius ei cum o is ab eo ei eorum eis eos o ei ab eis, a feminino ea eius ei eam o ea ab ea, a neutro id eius ei id o id ab eo. ergo cum loquimur de itinere, 'per id iter' dicendum est, non 'per eum iter', quia eum in accusativo casu masculini generis est; pl. ea itinera, eorum itinerum,
 25 eis itineribus, ea itinera, o ea itinera, ab eis itineribus; item per id templum, per id monstrum, per id tectum, per id caput, non per eum, nisi in genere masculino tantum.

DE VERBO

Verba quattuor modis accipimus: primo modo, cum verba pro fallaciis accipimus, cum dicimus 'verba illi dedit', fefellit eum, unde et Terentius dixit 'cui verba dare difficile est'; secundo modo verba pro oratione dicimus, 'verba fecisse Ciceronem in curia'; tertio modo verba dicimus pro sententiis vulgaribus, quae proverbialia dicuntur, ut Terentius dixit

35 verum illud verbum vulgo est quod dici solet;

quarto modo verba dicimus haec quae percurrimus cum temporibus et personis, ut clamo clamamus clamat. hic et personae sunt tres, ut clamo ego clamamus tu clamat ille, et tempus est praesens; deinde pl. clamamus nos clamatis vos clamant illi; tempore praeterito imperfecto clamabam
 40 ego clamabas tu clamabat ille clamabamus nos clamabatis vos clamabant illi; tempore praeterito perfecto clamavi ego clamasti tu clamavit ille clamavimus nos clamastis vos clamaverunt illi; tempore praeterito plusquam-

1 addita coniunctione quae syllaba & addita coniunctione quae syllabae F 5 o
 ullus] o ullum F 12 huic uni forsitan (corr. forsant) F forsitan huic uni & Verg.
 Aen. III 19 19 iugerorum] iugeorum F iugerum & 31 cum verba dare F cui
 dare verba Putschius: Ter. Andr. I 3, 6 32 iniuria F 35 verum] Ter. Andr.
 II 5, 15 verbo vulgo est F verbum est vulgo Putschius 36 quae recurrimus &
 quaerere currimus F quae decurrimus Putschius 37 clamo ego — imperfecto om.
 F 41 clamavimus — clamaverunt illi om. & 42 clamastis vos om. F

p. 1995-97 P.

perfecto, ubi significamus non solum nos aliquid perfecisse, sed etiam dudum, et dicimus clamaveram ego clamaveras tu clamaverat ille clamaveramus nos clamaveratis vos clamaverant illi; tempore futuro clamabo ego clamabis tu clamabit ille clamabimus nos clamabitis vos clamabunt illi. hucusque de modo indicativo: totum hoc quod diximus indicantis est. nunc de modo imperativo. ideo autem dicitur imperativus, quia sonum habet imperandi. sed iste modus non habet primam personam, quia nemo sibi imperat, sed ad secundam personam loquitur et ad tertiam: numero singulari ad secundam clama, ad tertiam clamet, pl. ad secundam clamate, ad tertiam clament; futuro tempore ad secundam clamato, ad tertiam similiter clamato. sed quare similiter facit in secunda et tertia, est ratio; sed nunc praetermittenda est, ne ad aliam rem transeamus. redeamus ad pluralem: ad secundam clamatote, ad tertiam clamanto. nunc de modo optativo. sic autem dicimus, quia optantis modo loquitur, prima persona tempore praesenti utinam clamarem, secunda utinam clamares, ad tertiam utinam clamaret, pl. ad primam personam utinam clamaremus, ad secundam utinam clamaretis, ad tertiam utinam clamarent; praeterito tempore ad primam personam utinam clamassem ego, ad secundam utinam clamasses tu, ad tertiam utinam clamasset ille, pl. utinam clamassemus nos, utinam clamassetis vos, utinam clamassent illi; futuro tempore prima persona utinam clamem ego, utinam clames tu, utinam clamet ille, utinam clamemus clametis clament. nunc de modo subiunctivo. ideo autem sic dicitur, quia eget aliqua re, ut impleat sententiam suam, ut puta cum clamem clames clamet, pendet hic sensus indigetque aliqua re, ut sententia compleatur, ut si dicam 'cum clamem, quare me tacere dicis?'. ideo ergo coniunctivus modus dictus est, quia ei coniungitur aliquid, ut sententia locutionis plena sit. ergo declinamus hunc modum, ut superiores. declinatur autem per personas tres, prima persona praesentis temporis cum clamem, secunda cum clames, tertia cum clamet, pl. prima persona cum clamemus, secunda cum clametis, tertia cum clament; praeterito tempore imperfecto prima persona cum clamarem, secunda cum clamares, tertia cum clamaret, pl. prima persona cum clamaremus, secunda cum clamaretis, tertia cum clamarent; tempore praeterito perfecto cum clamaverim clamaveris clamaverit clamaverimus clamaveritis clamaverint; tempore praeterito plusquamperfecto cum clamassem clamasses clamasset clamassemus clamassetis clamassent; tempore futuro cum clamavero clamaveris clamaverit clamaverimus clamaveritis clamaverint. nunc de modo infinito, qui ideo infinitus dicitur, quia superiores definiunt personas primam secundam et tertiam; hic autem modus sine personis est et habet solum tempus praefinitum, praesens praeteritum et futurum, ut puta clamare praesens est, clamasse praeteritum, clamatum ire futurum. ecce vides designare tantum tempora, non personas: clamare enim et clamasse et clamatum ire, nescitur persona, nisi velis iungere et dicere 'clamare debet ille'; tunc quasi fit finitum. si autem non subiungas ille vel ipse vel iste, fit, ut dicitur, infinitus modus: nam et numero singulari vel plurali infinitus est. cum enim dico clamare clamasse, nec finitum est, utrum de uno an de duobus dicam. isti autem

1 solum om. F 5 de om. Fg 12 ne ad aliam (et ne ad alia g) transeamus
redeamus ad rem pluralem Fg 13 clamanto] clamatote F 25 ac si dicam g hic
si dicat F 27 ei] et F 47 autem] ergo g

sunt modi, per quos omnia verba cursant. iam ad formam unius verbi, quod percurramus, percurramus verba cetera similiter, amo amas amat, canto cantas cantat, pulso pulsas pulsat, freno frenas frenat, armo armas armat, inpugno inpugnas inpugnat, capto captas captat, paro paras parat, 5 separo separas separat, accuso accusas accusat, | mando mandas mandat, gravo gravas gravat, lavo lavas lavat, genero generas generat, creoo creas creat, ligo ligas ligat, alligo alligas alligat, sacrifico sacrificas sacrificat, cito citas citat, vulnero vulneras vulnerat, macero maceras macerat, laceroo laceras lacerat, aro aras arat, calco calcas calcat, memoroo memoras memorat, 10 morat, calcio calcias calciat, lanio lancias laniat, investigoo investigas investigat, valloo vallas vallat, domoo domas domat, circumvalloo circumvallas circumvallat, curvo curvas curvat, medico medicas medicat, consultoo consultas consultat, intimo intimas intimat, insinuo insinuas insinuat, frequento frequentas frequentat, celebree celebras celebrat, ministro ministras ministrat, palpo palpas palpat, socio socias sociat, muto mutas mutat, postulo postulas postulat, quassoo quassas quassat, denso densas densat, enervoo enervas enervat, eviscero evisceras eviscerat, verberoo verberas verberat, mactoo mactas mactat, fugo fugas fugat, elimino eliminat eliminat, celo celas celat, signo signas signat, sono sonas sonat, ventilo ventilas ventilat, contristoo contristas contristat, sereno serenat serenat et alia. istis omnibus adicitur r littera, et fiunt passiva, ut amor amaris amatur, pulsor pulsaris pulsatur, secor secaris secatur, curor curaris curatur. sic omnia percurris per illos modos, quos superius diximus, indicativum imperativum optativum coniunctivum infinitum. sane ex hoc 25 sono, quo verba activa ordinavimus, id est quibus nos agere aliquid significamus, sunt similes soni, sed ad verba pertinent neutralia. sed ne te commoveat, quare dicuntur neutralia, haec ratio est, quia nec agunt aliquid nec patiuntur, ut est sto iaceo cubo sedeo. haec in nulla actione sunt, in nulla passione. sunt alia neutralia abusu dicta, quae habent actionem, sed passionem nullam [ut certo habet actionem, sed non dicimus certor], ut curro. ex quo sono multa sunt, quae cum | in o exeunt, or non admittunt, ut haec verba, pugno pugnās pugnat, bello bellas bellat, ceno cenas cenat, nato natas natat, ambulo ambulas ambulat, navigo navigas navigat, commeo commeas commeat, aestuo aestuas aestuat, regno 30 regnas regnat, gelo gelas gelat, dico dicas dicat, exulo exulas exulat, sacrifico sacrificas sacrificat, cachinno cachinnas cachinnat. haec omnia primae coniugationis sunt, quia secundam personam haec omnia verba in as syllabam mittunt, ut canto cantas, pulso pulsas, freno frenas, inpugno inpugnas, armo armas, salto saltas, curvo curvas, pugno pugnās. ergo 40 audisti primam coniugationem, scire debes secundam verbi personam per as syllabam exire. nam inde dicitur coniugatio, quod sibi ad unum sonum multa coniungat [has coniugationes Graeci συζυγίας dicunt]. sic et similia omnia inventa ad hanc percurris.

Secunda autem coniugatio est quae in secunda similiter persona 45 quaeritur et exit per es, ut teneo tenes, praebeo praebes, moneo mones,

1 cursantur F ξ 2 quod currimus percurramus cetera verba ξ quod currimus verba cetera F 10 calcio as at F calceo calceas calceat ξ 23 percurreris F ξ 29 passione] possessione F 31 multa] mutae F 36 cachinno nas nat F 37 quae secundam personam horum omnium verborum in as F ξ 42 coniungant F συζυγίας Putschius συζυγία ξ , om. F 43 similia ad hanc omnia inventa percurris F similia omnia hac (haec Putschius) inventa percurris ξ Putschius

p. 1999—2001 P.

deleo deles, tergeo terges, arceo arces, egeo eges, terreo terres, mulceo mulces, impleo imples, compleo complexes, repleo reple, suppleo supples, mordeo mordēs, spondeo spondēs et alia. et his adicitur r littera, et sunt passiva, teneor teneris, mordeor morderis, arceor arceris, mulceor mulceris, impleor impleris. declinabis haec passiva per modos et tempora et personas: per modos, ut dixi, indicativum imperativum [promissivum] optativum coniunctivum infinitum, hoc est quod dixi per modos: per tempora autem, id est per praesens praeterita vel futura. personas autem dixi primam secundam et tertiam, ut teneor teneris tenetur, pluraliter tenemur tenemini tenentur. haec sicut dixi observabis. sed quo modo, ut superius dixi, prima coniugatio, quae exit in as, ut amo amas, capit et verba neutralia, ut certo certas, nato natus, in quibus r littera non admittitur (nec enim dicimus certor nator), sic in hac coniugatione secunda, quae exit in eo es, ut moneo mones, doceo doces, sunt multa quae non admittunt r litteram in prima persona, ut algeo alges, scateo scates: algeor enim non est latinum: sic ferveo ferves, torpeo torpes, pendeo pendes, invideo invides, quamquam Horatius poeta invideor dixit, sed hoc nova usurpatione: sic emineo emines; nec enim dicimus emineor. hae duae coniugationes, prima et secunda, quas diximus exire in as et in es, ut amo amas, moneo mones, futurum semper tempus in bo syllabam mittunt, ut amabo monebo. sic servabis, ubicumque futurum tempus in bo syllabam mittas, quia sunt aliae duae coniugationes, quae futurum tempus in am syllabam mittunt, non in bo, et vocantur ipsae coniugationes tertia correpta et tertia producta. tertia correpta est quae imperativum modum in e correptam mittit, ut scribe tolle carpe occide sere lege. ergo vidisti imperativum sic exire, tertia coniugatio est correpta, quae semper futurum tempus in am mittit, numquam in bo, ut scribam legam tollam carpam, quia latinum non est, si dixeris scribebo legebo tollebo carpebo. tertia coniugatio producta similiter ex eodem imperativo modo colligitur. cum enim imperativus modus exit in i litteram, tertia coniugatio producta est, ut audi nutri senti muni sarci leni et alia. similiter etiam haec futurum tempus in am mittunt, ut muniam leniam nutriam audiam. sed tertia correpta infinito modo e correptam habet ante novissimam syllabam, ut legere tollere carpere scribere; tertia vero producta infinito modo i habet ante novissimam syllabam, quae i producitur, ut munire lenire audire sarcire sentire venire. unde in omnibus verbis hae coniugationes observantur. quae exeunt in as et in es, futurum tempus in bo mittunt, ut saepius dixi. quae autem in is exeunt, futurum tempus in am mittunt, numquam in bo, nisi auctoritate praesumpta: nam ars hoc prohibet. | sed aliqua verba ponimus tertiae coniugationis correptae, ex quibus et alia consequaris. sunt autem haec, lego tollo erigo carpo cognosco capio fugio mergo sero arguo accipio pono sumo ascendo expono incipio. haec accipiunt r litteram et faciunt passiva verba, legor carpor capior et cetera. sub hac forma sunt neu-

6 promissivum om. § 8 id est per praesentia vel futura F id est praeterita praesentia vel futura § 9 prima secunda et tertia F § 10 haec om. F quo modo] quō F § 17 quamquam oratius poeta licens dixit sed hoc usurpatione idē deinde emineo F quamvis horatius poeta invideor dixerit sed nova usurpatione sic emineo §: Hor. a. p. 56 18 enim om. F § 23 mittant F § 26 tertia itaque coniugatio § 28 si dixerit F si dixerit quis F 29 similiter post coniugatio ponit F, post tertia § 36 in om. F 44 sed hae forme sunt F

tralia, quae non accipiunt r litteram, ut cado (non enim dicimus cador), item ruo (neque enim dicimus ruor), facio (neque enim dicimus facior), item fulgesco mitesco fervesco algesco torpesco conpesco nigresco: haec omnia r litteram non habent et dicuntur neutralia [verba inchoativa, quae exeunt in sco]. ergo neutralia memineris numquam admittere r litteram.

Remanent duo alia verba, quae communia dicuntur et deponentia. sed communia ideo dicuntur, quia communiter simul tenent sub uno sono activum et passivum, quo modo in nominibus genus commune dicitur quod et masculinum tenet et femininum sub uno sono, ut sacerdos vel homo, hic et haec sacerdos facit, hic et haec homo. sic et haec verba dicuntur communia et numquam deponunt r litteram, ne non sint latina, ut osculor, si tollas r litteram et dicas osculo, non est latinum. et dicimus, cum agimus, osculor te; dum autem patimur et ab alio afficimur, dicimus osculor a te. sic criminator te, non crimino: cum actionem significamus, id est cum crimen obicimus, criminator te dicimus; cum autem crimen nobis obicitur, criminator a te dicimus, id est crimen a te audio, et est significatio passiva. declinantur autem haec verba, ut superiora, per modos tempora personas. tempore praesenti criminator criminariis criminatur criminamur criminamini criminantur, praeterito imperfecto criminabar criminabaris criminabatur criminabamur criminabamini criminabantur, praeterito perfecto criminatus sum es est | criminati sumus estis sunt, praeterito plusquamperfecto criminatus eram eras erat criminati eramus eratis erant, futuro criminabor criminaberis criminabitur criminabimur criminabimini criminabuntur. imperativus autem modus semper in his verbis in re exit, ut dicas criminare illum, id est crimen illiingere. optativo modo sic, utinam criminarer criminareris criminaretur criminaremur criminaremini criminarentur, praeterito perfecto utinam criminatus essem esses esset criminati essemus essetis essent, futuro utinam criminer crimineris criminetur criminemur criminemini crimentur. coniunctivo modo cum criminer crimineris criminetur criminemur criminemini crimentur, praeterito imperfecto cum criminarer criminareris criminaretur criminaremur criminaremini criminarentur, praeterito perfecto cum criminatus sis sis sit criminati sisus sitis sint, praeterito plusquamperfecto cum criminatus essem esses esset criminati essemus essetis essent, tempore futuro cum criminatus ero eris erit criminati erimus eritis erunt. modo infinito, quem diximus nullas significare personas, facit in praesenti criminari, in praeterito criminatum esse, in futuro criminatum iri. ad hanc formam communia verba declinabis sic, hortor osculor nidificor iaculor tutor consolor scrutor moror feneror amplexor furor, unde est furor furaris furatur, comitor recordor reminiscor percontor minor gestor piscor odoror aucupor venor contemplor speculor sector veneror dignor precor miseror vador [id est fidem dico] calumnior et alia, quae numquam deponunt r litteram. nam si deponunt, latina non sunt. quis enim dicat reminisco aut recordo vel preco vel digno vel secto? ergo memineris haec semper

5 memineris semper numquam Fg 8 quia et communiter F 14 efficitur et dicimus F 26 id est crimini illiingere F 36 erant] erint F 39 declinabis quae sic F consolor F 40 moror Putschius morior Fg amplector ex furor F amplector et furor g 42 dignor memor aut memoror precor misereor audor uador F 43 fide Fg

p. 2003. 04 P.

cum r littera enuntiare. restat verbum deponens, quod ideo dicitur, quia deponit aliquid de quantitate communis verbi. nam cum participia quatuor habeat verbum commune, praesens criminans, futurum criminaturus, praeteritum criminatus, futurum a passiva significatione criminandus, hoc non habet verbum deponens et ideo dicitur deponens, quia deponit unum 5 participium futuri temporis a verbo passivo, quod exit in dus syllabam. ut puta opinor vel minor verba sunt deponentia: venit ad participium praesentis temporis, et facit minans, futuro tempore facit minaturus, praeterito facit minatus; futuro a significatione passiva non facit minandus. sic opinans opinaturus opinatus, opinandus non facit; vel si dicas moriens 10 moriturus mortuus, non facit moriendus, quia latinum non est. ergo et hoc deponens verbum sic currit per modos et tempora et personas, quo modo supra dictum est: ut commune verbum non deposita r littera latinum est, deposita autem latinum non est, sic etiam deponentia, cum perdiderint r litteram, latina non sunt. subicio itaque nunc pauca verba 15 deponentia, cetera usus latinus docebit. sunt autem haec, opinor minor grator gratulor arbitror gratulor auspicor misereor lenocinor meditor luctor conor suffragor vescor laetor morior stomachor orior hariolor argutor paciscor complector adversor angor queror (a significatione querelae) macior ratiocinor argumentor blandior fabulor nitor labor (a significatione 20 lapsus) vagor rusticor contionor [id est ad populum loquor] moechor iucundor vociferor nanciscor [quod est invenio] suspicor et alia. haec memineris, ut iam dixi, cum r littera enuntiare: nam nemo dicit blandio aut pacisco. sic haec omnia declinantur ad formam declinationis verbi communis quod dixi, criminor.

Tractavimus ergo verba activa, quae dicuntur ab agendo; tractavimus neutralia, quae ideo tale nomen accipiunt, quod nec agunt aliquid nec patiuntur, ut diximus, sto iaceo sedeo cubo et alia; tractavimus etiam alia neutralia, quae agunt aliquid, sed non patiuntur, et quasi semineutralia dicuntur, ut nato curro, aut patiuntur et non agunt, ut vapulo 30 pendeo sudo algeo aestuo febrío ferveo somnio meridío rigeo frigeo tumeo langueo oleo tepeo rubeo fulgeo stupeo et alia. in his omnibus, tam in his quae nequaquam aliquid agunt nec patiuntur, quam etiam in his quae agunt nec patiuntur, quam in his quae patiuntur aliquid nec tamen agunt, nunquam adicitur r littera: nam incipiunt non esse latina. tractavimus 35 item communia et exposuimus, unde communia dicuntur, quia actionem in se tenent et passionem. tractavimus deponentia et exposuimus, quare deponentia dicuntur, quia deponunt futuri temporis participium a significatione passiva, quod exit in dus, quia moriendus gloriandus blandiendus et alia, quae veniunt a deponentibus verbis, non dicimus. sane 40 artium scriptores adiecerunt aliam verbi speciem, quam vocaverunt neutropassivam. sed hoc novellum genus verbi euphonia invenit, et in paucis est verbis, ut gaudeo. quoniam durum erat ut diceremus praeterito tem-

1 nuntiare F§ 4 futurum criminandus a passiva significatione criminandus F§
9 passivi F§ 13 ut om. F§ 15 nunc pauca] non parva F 16 sunt autem opinor §
si autem opinor F 17 grator et gratulor F 18 laetor] lezor F morior Putschius
moror F§ hariolor lezor id est colore pingor argutor § 21 iucundor corr. iucundor F,
om. § 22 quod est invenior F haec om. F§ 23 quae ideo dicuntur F§
27 quod non agunt F 30 curro ut patiantur et non agant F curro alia quae pa-
tiantur et non agant § 32 tepeo] teneo F, om. § in his omnibus] haec omnia F§
35 adicitur in his littera r § 37 quare deponentia quia F quare dicuntur de-
ponentia quia §

pore gavis, mutaverunt illi sonum de praeterito tempore passivi verbi, gaudeo gavisus sum, sic audeo ausus sum, soleo solitus sum, sic fido fisus sum. sed huius novi generis perpauca sunt.

Sunt et alia quaedam pauca verba quae impersonalia dicuntur et
 5 exeunt per syllabas et et tur, ut pudet taedet decet libet paenitet paret
 piget miseret liquet; et inde dicuntur impersonalia, quia carent personis
 duabus, prima et secunda, et solam habent tertiam personam. nam nec
 pudeo pudes dicimus, nec deceo deces, nec libeo libes, nec pigeo piges,
 nec misereo miseres, nec paeniteo paenites, nec pareo pares, nec liqueo
 10 liques. scias autem paret et liquet hoc significare quod dicimus 'mani-
 festum est', ut si dicas 'et si paret hoc te dixisse, iniuriam fecisti'; hoc
 significat et liquet, id est manifestum est. taedet autem taedium esse
 significat, quo modo piget quasi pigritiam significat. nam cum dicimus
 15 'piget me fecisse', hoc est dicere 'non surgit meus animus probare quod
 feci'. haec autem omnia verba sic declinantur, pudet me, piget me, mi-
 seret me, paenitet me, praeter haec, libet et licet, paret et liquet. his
 enim dativum iungimus casum, ut libet mihi, licet mihi, paret mihi,
 liquet mihi. altera vero species, quae in tur exit, et ipsa impersonalium
 verborum est, ut itur curritur pugnatur certatur. primam et secundam
 20 personam non habent: nam nec eor iris, nec curror currens, nec pugnor
 pugnaris, nec certor certaris dicitur. et declinantur haec verba itur a
 me a te ab illo, pugnatur a me a te ab illo, certatur a me a te ab illo.
 sic in praeterito imperfecto ibatur a me a te ab illo, currebatur a me
 a te ab illo, pugnabatur a me a te ab illo; sic in praeterito perfecto
 25 itum est a me a te ab illo, cursum est a me a te ab illo, certatum est
 a me a te ab illo, pugnatum est a me a te ab illo; sic in praeterito plus-
 quamperfecto itum erat a me a te ab illo, cursum erat a me a te ab illo,
 pugnatum erat a me a te ab illo, certatum erat a me a te ab illo; sic
 in futuro tempore ibitur a me a te ab illo, curretur a me a te ab illo,
 30 certabitur a me a te ab illo, pugnabitur a me a te ab illo; sic pluraliter
 a nobis a vobis ab illis. imperativo modo eatur a me a te ab illo a nobis
 a vobis ab illis. modo opativo *tempore praesenti* utinam iretur a me a te
 ab illo a nobis a vobis ab illis, praeterito perfecto vel plusquamperfecto
 utinam itum esset a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis, futuro tem-
 35 pore utinam eatur a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis. modo
 coniunctivo tempore praesenti cum curratur a me a te ab illo a nobis
 a vobis ab illis, praeterito imperfecto cum curretur a me a te ab illo
 a nobis a vobis ab illis, praeterito perfecto cum cursum sit a me a te
 ab illo a nobis a vobis ab illis, praeterito plusquamperfecto cum cursum
 40 esset vel fuisset a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis, futuro cum
 curretur a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis. | modo infinito *tem-*
pore praesenti curri debet a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis,
 praeterito tempore cursum esse debuit a me a te ab illo a nobis a vobis
 ab illis, tempore futuro cursum iri debet a me a te ab illo a nobis a
 45 vobis ab illis.

Sunt et alia verba quae inchoativa dicuntur et ex subita affectione
 nascuntur et exeunt in sco syllabam, ut ardeo ardesco, caleo calesco,

14 surget F 20 nec eor iris Putschius nec eor nec eris Fg 21 dicitur om.
 F 32 tempore praesenti om. Fg 41 tempore praesenti om. Fg 44 iri] esse
 F 46 dicuntur ex subita affectione F

p. 2096. 07 P.

candeo candesco, labo labasco, tepeo tepesco, ferveo fervesco, vireo viresco, algeo algesco, dormio dormisco et alia. haec omnia praeteritum non habent. nam potest calui et ferveo facere, et non calesco vel fervesco calui fecit vel ferveo, sed a ferveo ferveo, a caleo calui. nam calesco ferveo et viresco latina non sunt. et ideo inchoativa dicuntur praeteritum tempus non habere, quia quae inchoamus adhuc perfecta non sunt. et omnia quae dixi in sco exire semper neutralia sunt nec accipiunt r litteram. et ideo admonui esse neutralia, ne te perturbet esse quaedam verba in scor exeuntia et tamen admittere praeteritum tempus, ut obliviscor oblitus sum, paciscor pactus sum, adipiscor adeptus sum, et iam necdum 10 neutralia sunt, in quibus diximus praeterita tempora cessare. sunt alia quae frequentativa dicuntur, quibus aliquid frequentius factum significatur, ut a dicto dictito, a lego lectito, a scribo scriptito, a clamo clamito, a cio cito, quod significat frequenter voco, unde nunc aliquos voce praeconis citatos dicimus, id est frequenter vocatos, et alia. sunt alia perpaucis 15 quae desiderativa dicuntur, ut esurio, id est edere desidero, parturio, parere desidero, et, ut dictum est a Cicerone de philosophis, morturiunt, mori desiderant. sed haec, ut dixi, pauca sunt, quae in sonum latinitatis introducta sunt.

DE ADVERBIO

20

Adverbium ideo dictum est, quia | adhaeret verbo, nec potest verbi vis significaptius sonare, nisi iungatur adverbium. ut puta verbum est dico navigo valeo curro et alia; haec non plena significatione sunt, nisi adiciantur adverbia, ut bene male docte feliciter, ut bene dicit, imperite dicit, prospere navigat, infeliciter navigat, integre valeo, debiliter valet, 25 agiliter currit, tardius currit. vides quia verborum plena significatio esse non potest, nisi fuerint adverbia coniuncta. sic alia adverbia iunguntur ad explendam verbi significationem, ut sunt locorum adverbia, temporum adverbia, ut hic dico, hic habito, intro eo, intus sum, foras eo, foris sum, hinc navigo; sic de tempore cras navigo, hodie navigo, et alia quae 30 aliis artibus late dicta sunt et intellectu plana sunt. ideo haec ponere nolui, quia ad discendi fastidium brevis opportuna est.

Sane in adverbiiis haec observare debemus: quando in e exeant, quando in ter syllabam, hoc ablativus casus docet. nam quando ablativus exit in o, adverbium in e mittit, ut a docto docte, a iusto iuste, a perfecto perfecte, a pio pie, a valido valide, a fortunato fortunate, a magno magne, ab amplo ample, a minimo minime, et alia. quando autem in ter syllabam exit adverbium, similiter, ut dixi, ablativus docet: ab agili agiliter, ab humili humiliter, ab acri acriter, a forti fortiter, a levi leviter, a gravi graviter, a iugi iugiter. sed sunt quaedam quae, cum 40 aspere sonarent, dimissa sunt nec ad hanc regulam tractanda sunt, ut a miti mititer non dicimus, a tristi tristiter non dicimus. talia, ne aspere sonarent, perdiderunt ultimam syllabam, ut a sapiente sapienter, non sapientiter, a prudente prudenter, non prudentiter, a praestanti praestanter.

1 labao labasco & labeo labesco F 7 neutralia] naturalia F 10 etiam haec dum F & 14 cito] citito F voco] uocito & uocato F 15 uacatos F alia perparua F 17 Cicerone] cerone F morituriunt Putschius mortui sunt F & 18 pauca] parua F 24 docte] nocte F 30 quae] quaeque F 31 intellecta plena F adeo haec F ideo hic & 35 exit in o admittit adverbium ut a docto F

non praestantiter. sic ergo observemus, ut nec euphoniā applicemus ad regulam aut euphoniā reiciamus. nam euphonia, id est suavis bene sonandi, admissa est ad latinum sermonem, ut aspera temperet; et ab arte et ratione recessum est, ubi asperitas offendeat auditum, sicut Cicero ait
 5 'impetratum est a ratione ut peccare suavitatis causa liceret'. sed tamen in paucis admissa euphonia est. nam ratio locuples est et iuris latissimi. sane contra has regulas auctoritas ausa est et in paucis praesumpsit, ut diceret Cicero humaniter, cum humane dicere debuit, et Terentius 'vitam parce ac duriter agebat' pro dure. sed tamen ipsi
 10 auctores modestius et cum quodam pudore contra regulam pauca praesumpserunt. nam et falso dixerunt pro false et necessario pro necessarie et sedulo pro sedule et raro pro rare et crebro pro crebre et tuto pro tute; sic et alia tamen pauca non licenter, sed verecunde usurpata.

Sane sunt adverbia et per alias syllabas exeuntia, a fundo funditus, a caelo caelitus, a radice radicitus, a penetralibus locis penitus, a stirpe stirpitus: item in im, a vico vicalim, ab ostio ostiatim, a viris viritim: item a nimio nimis, ut 'ne quid nimis': exeunt in ens, ut recens, id est
 15 recenti tempore, Virgilius 'sole recens orto', id est recenti tempore. ergo haec omnia adverbia sunt sine differentia. item inter intro et intus
 20 hoc interest: intro in motu est, intus in situ, ut intro eo, intus sum. est enim motus eo, sum situs est.

Est etiam quaedam obscuritas in adverbis secundo tertio quarto quinto sexto et secundum tertium quartum quintum sextum, ut puta 'secundo factus est consul' et 'secundum fuit consul'. secundo autem ad
 25 ordinem pertinet, secundum ad numerum: ut puta cum dico 'secundo factus est consul', pertinet, ut dixi, ad ordinem, quod primo alter factus sit et sic alter secundo; cum autem dicimus secundum consul vel tertium vel quartum vel quintum vel sextum, ad numerum pertinet, quod sexies fuerit consul. inde Cicero de Mario sic ait, 'sextum consul', id est
 30 qui sex consulatus meruit, et 'septimum consul', quod est septies consulatum meruit. hoc Varro distinxit in libris numerorum. et cetera iam plana sunt in adverbis et ex quibusvis artibus intellectu facilia.

ITEM DE ADVERBIO

Adverbium est pars orationis, quae adiecta verbo significationem eius
 35 explanat atque implet, ut scribo bene, lego optime. adverbio accidunt significatio figura gradus. adverbia aut a se nascuntur, ut heri nuper, aut ab aliis transeunt, ut docte sapienter ab eo quod est doctus et sapiens.

Adverbiorum significationes sunt multae. sunt enim aut temporis,
 40 ut heri nuper; aut personae, ut mecum tecum; aut loci, ut hic istic.

3 aspere temperet F 4 sicut] sic Fg 5 imperatum F: Cic. orat. 47, 157
 peccare causa suavitatis causa F 6 amissa F et uiris latissimi F et uiris latissimis g
 7 presumpsit (superscr. ut) diceret F, fortasse praesumpsit dicere
 9 uitam pareat duriter agebat ducere (corr. producere) F: Terent. Andr. I 1, 47
 13 tamen] tam F ueretur de usurpata F 15 a neutralibus F ab stirpe
 stirpitur F 19 Virgilius — tempore om. F: Verg. georg. III 156 19 sine] sane
 F item intro et intus hoc est F 22 in adverbis de secundo Fg 24 et secundus fuit F
 26 consul ut dixi F 29 sextum consul] Cic. in Pis. 9, 20
 30 qui sex consulatus et septimum consul F: Cic. de nat. deor. III 32, 81 septies]
 septimum g 31 Varro] cf. Gell. noct. att. X 1 32 plana] plena F

p. 2009. 10 P.

sed adverbia loci alia sunt interrogativa, unde ubi qua, alia responsiva, illinc hinc illo; sunt duplicis formae, ut intus intro foris foras. quorum observatio talis est: foris et intus in loco, ut intus est, intus fuit, intus futurus est, foris erat fuerat futurus erat; de loco, intus venio, foris venio; foras autem et intro ad locum significant, ut foras eo, intro eo, foras ieram, intro ieram. haec quattuor modis figurantur, per locum, ad locum, in loco, e loco: per locum, ut 'hac iter Elisium nobis'; ad locum, ut 'huc ades o Galatea'; in loco, ut

hic et Naricii posuerunt moenia Locri;

e loco, ut

hinc me digressum vestris deus appulit oris.

sunt quae pariter in loco significant et de loco, ut intus sum, intus venio. sunt quae in locum et in loco et e loco, ut penitus eo sum venio. sunt adverbia significationem numeri habentia, ut semel bis ter; demonstrationis, ut en ecce; affirmationis, ut quidni quippe; hortationis, ut eia; interrogationis, ut cur quare nempe. similitudinis, ut sic quasi; comparationis vel praelationis, ut magis potius; dubitandi, ut fortasse; adnuendi, ut plane sane; discretionis, ut seorsum segregatim; optandi, ut utinam; vocandi, ut heus; respondendi, ut heu; derogandi, ut nequaquam frustra; iurandi, ut edepol ecaster; prohibendi, ut ne; negandi, ut non haut 20 minime; congregandi, ut una simul; ordinandi, ut deinde denique; mirandi, ut papae; laudandi, ut euge; exclamandi, ut pro; dolendi, ut ei; eligendi, ut vaha; ingemescendi, ut ei em. sed haec quae animi affectum significant a multis interiectiones dicuntur, qui interiectionem separatam ab adverbio et partem orationis aliquam idcirco volunt, quia adverbii 25 proprium est quod verbo adiungi potest. Graeci autem interiectionem ab adverbio non separant, propterea quia motus animi qualitati adsignant, et haec omnia sub genere qualitatis putant adverbia. sunt adverbia quantitatis, ut longe alte, qualitatis, ut bene male.

Adverbia non solum ab appellationibus transeunt, hoc est a nominibus appellativis, ut a pulchro pulchre, sed etiam a propriis, ut Tullius Tulliane; a pronomibus etiam, ut a meo tuo meum tuum; a verbis quoque, ut curro cursim; deprehenduntur ex utroque, ut pedetemptim a pede et tempto, id est a nomine simul et verbo. sunt etiam adverbia, quae utrum a nomine transeant an a verbo incertum est, ut furtim. incertum est enim an a fure, quod nomen est, transeat, an a verbo furor furaris. a participiis quidam nolunt, sed inveniuntur, ut a decente decenter. a nominibus tracta adverbia sex modis terminantur, aut in e, ut docte pulchre honeste, aut in r, ut velociter, aut in im, ut ubertim singillatim, aut in us, ut radicitus mordicus, aut in u, ut noctu diu, aut in i, ut domi humi vespere. adverbia qualitatis in e litteram excuntia produci debent. haec tamen dissentiunt, quae aut in comparativo aut in superlativo gradu vacillant, ut bene male, aut quae ab appellatione

1 loci alia] localia Fg qualla responsiva F qua responsiva g 3 intus fuit
futurus est intus erat futurus erat foris Fg 5 foras eo foras venio intro eo intro
venio g foras eo foras venio F 7 ut haec iter F: Verg. Aen. VI 542 8 huc]
Verg. bucol. 9, 39 9 hic] Verg. Aen. III 399 locri F 11 hinc medi graessum
usis dicitur appollitoris F: Verg. Aen. III 715 15 quidni] quidnisi F quidem g 20
ut depolle caste F 23 elegandi ut vaha F eligendi ut vah g quae om. F 25 ab
am. F 31 sed a propriis Fg 35 incertum sit ut futurum incerte est, enim F
37 a docenti docenter F 38 sex] sed F

non transeunt, ut inpune saepe. ceterum facile et difficile, quae adverbia ponuntur, nomina sunt, ex quibus haec nascuntur adverbia, faciliter et difficiliter; sed usus haec quasi adverbia vindicavit. quaecumque nomina qualitatis fuerint aut quantitatis, ea, si dativo singulari o littera terminantur, adverbia in e productam mittunt, ut iusto iuste. sed haec veteres indifferenter posuerunt, ut humaniter duriter. quaecumque autem i littera terminantur, in ter syllabam mittunt, ut agili nobili audaci difficili, agiliter nobiliter audaciter | difficiliter. sed ex his quaedam per syncopen euphoniae causa dicimus, ut audacter difficulter sapienter constanter.

10 Sunt adverbia communia cum aliis partibus orationis. nominibus sunt communia, ut ait Salustius 'falso queritur de natura sua genus humanum' pro false; Virgilius 'et pede terram crebra ferit' et multa Iovem manibus supplex orasse supinis:

coniunctioni: ut, quando adverbium est, plura significat, similitudinem sic,

15 ut quondam Creta fertur labyrinthus in alta;

tempus sic, 'ut regem aequaevum' et

ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error;

qualitatem, ut

Troianas ut opes et lamentabile regnum;

20 quantitatem, ut

quibus Hector ab oris

expectate venis? ut te post multa tuorum

funera;

coniunctionem autem significat sic, 'ut faciem mutatus et ora Cupido pro dulci Ascanio': praepositioni, ut pro.

25 Sed figura in adverbis aut simplex est, ut docte prudenter, aut composita, ut indocte imprudenter. gradus adverbis accidunt, quotiens appellationes unde transeunt comparantur, ut docte doctius doctissime. recipiunt et diminutionem, ut meliuscule. quamquam comparationem recipiunt et quae a se nascuntur, ut nuper nuperrime.

30 Adverbis omnibus praepositio separatim adici non debet, quamquam lectum sit abhinc apud Terentium,

interea mulier quaedam abhinc triennium,

et apud Virgilium 'exinde per amplum mittimur Elisium', et dehinc, 35 ut 'dehinc ubi libera colla' et 'deinde feraces plantae inmittuntur'. quae omnia, et siqua alia sunt similia, ut proinde, placuit contra regulam accentuum proferri, ne separatim additae praepositiones videantur adverbis.

3 usus in haec F 6 quaeque autem F quae autem s 9 difficiliter] difficiliter
F 11 Salustius] Iug. 1 12 et pede terro crebra perit F: Verg. georg. III 499
crebro s 13 multa] Verg. Aen. III 205 supinus F 14 ut quando secum
adverbium est F ut quando adverbium secum est s: cf. Diom. p. 408, 10 14 sicut
quondam creata F: Verg. Aen. V 588 15 laberintus F 16 ut regem aequum
F: Verg. Aen. II 561 17 ut vidi] Verg. bucol. 8, 41 abstulit error om. F
19 troiana sospes et F: Verg. Aen. II 4 21 quibus] Verg. Aen. II 282 22 ut
— funera] ut quis ante F 24 sicut facie F: Verg. Aen. I 658 cupidet pro F
29 comparationem recipiunt et diminutionem et quae F s 32 apud Terentium]
Andr. I 1, 42 34 exinde] Verg. Aen. VI 743 per amplum mittimus F per
altum mittitur s 35 dehinc libera collega F dehinc talia fatur s: Verg. georg.
III 167 dehinc feroces F: Verg. georg. II 79 39 adverbis Modo pro dis-
iunctiva — pro inde unguunt modo DE PARTICIPIIS F adverbis et modo pro disiunctiva
— pro dehinc unguunt. De participiis s. subiecta sunt exempla et coniunctionis infra p.
521, 8 sqq. exhibita

DE PARTICIPIO

Haec pars orationis et a verbo accipit partem et a nomine: namque inde participium dicitur. exit autem haec pars orationis in praesenti tempore in ens et in ans syllabas, ut legens amans, futuro tempore in rus, ut legens lecturus, amans | amaturus, in praeterito lectus amatus, 5 futuro legendus amandus. vides hanc partem orationis ire per tempora. omnia haec a verbo mutuatur: nam verbo conveniunt tempora. quod autem declinatur per casus, hoc a nomine mutuatur: nam declinatio casualis ad nomen pertinet, ut hic legens huius legentis huic legenti hunc legentem o legens ab hoc legente. ergo quod haec pars orationis vel per 10 tempora vel per casus currit, participium vocatur, quod partem capiat nominis, partem verbi. non laboriosa pars est orationis, sed intellectu facilis. nam praesenti tempore exit in ans et in ens, ut amans legens, futuro agendi significatione in rus, ut amaturus lecturus; a patiendi significatione in tus et in dus, ut amatus legendus. sane ipsum praeteritum 15 tempus tribus syllabis terminatur, in tus, ut scriptus lectus, in sus, ut occisus visus, in xus, ut fixus; plus non invenies. ergo, ut diximus, praesens in ens et in ans, futurum in rus, praeteritum in tus, futurum tempus in dus. sunt sane nomina, quae sono participia putantur, sed nomina sunt. participia enim illa sunt quae a verbis veniunt, ut a 20 lego legens lecturus lectus legendus; tunicatus et galeatus et clipeatus et tropaeatus nomina sunt, non participia, quia non a verbo veniunt. est unum participium praeteriti temporis in omni latino sermone, quod in formam nominis [vel declinationem] conversum est, ut est mortuus. est enim ab eo quod *est* morior, et participium praeteriti temporis in tus 25 exire debuit per unum u, non per duo. nam ubi geminata u littera in nominativo est, nomen est, non participium, ut fatuus ingenuus arduus carduus exiguus beluus, ut Cicero dixit, et talia. contra regulam participiorum mortuus putatur esse participium, sed in vim regulamque nominis conversum est.

30

DE CONIUNCTIONE

Coniunctio est pars orationis nectens ordinansque sententiam. coniunctioni accidunt figura ordo potestas. figura est qua apparet figura simplex *vel composita*, sed equidem; ordo quo apparet, quae praeponi tantum possit ut nam, quae subiungi, ut que, quae praeponi et subiungi, ut et igitur.

Potestas coniunctionum in quinque species dividitur. sunt enim copulativae et quae ast at atque, disiunctivae aut ve vel neve nec neque an utrum, expletivae quidem equidem autem tamen porro videlicet proinde denique utique, causales si etsi tametsi etiamsi siquidem quando quandoquidem quin quinetiam sin sinetiam quamquam quamvis sinautem seu sive nam namque nisi nisisi enim etenim sed ut praeterea interea quam-

2 nam deinde F 3 haec pars orationis Putschius pars huius orationis F §
6 videus F ire] esse §, om. F 7 a verbo mutantur F 8 mutatur F 17
occasus corr. occisus F 19 tempus] semper F § participio mutantur F 22 tro-
peatus F trophaeatus § est unum participium praeteriti temporis in tus quod exire
debuit § 25 quod morior F 26 littera nominativus F § 28 belluus § dixit
ut talia F dixit in us ut talium § 34 figura est quae apparet figura simplex sed
F § 35 quo] quod F quoque § 39 atque quod disiunctivae F neve] ne F
41 quandoquidem] equidem F §

obrem quare praesertim item itemque ceterum alioquin, rationales ita itaque enim enimvero quia quapropter quippe quoniam quoniamquidem ergo igitur ideo idcirco scilicet propterea. ex his et copulativa multa significat. saepe autem transit in alterius speciem potestatis: modo in expletivam, ut

et quae tanta fuit Romam tibi causa videndi?

modo pro qualitatis vel quantitatis, ut 'timeo Danaos et dona ferentis': modo pro disiunctiva, ut

et quisquam numen Iunonis adorat

10 praeterea aut supplex aris inponit honorem?

modo pro causali ponitur, ut 'et claro silvas c. a. m.' pro 'nam claro s. c. a. m.' * ut

quorum Iphitus aevo

iam gravior, Pelias et vulnere tardus Vlixi,

15 pro 'etiam vulnere tardus': modo pro adverbio accipitur ordinandi, ut 'corpusque lavant frigentis et ungunt', pro deinde ungunt. item aut coniunctio multa significat. modo enim pro adverbio discretionis accipitur, ut

ante urbem pueri et primaevo flore iuventus

20 exercentur equis domitantque in pulvere currus

aut acris tendunt arcus aut lenta lacertis

spicula contorquent:

modo pro temporis significatione, ut

aut ante ora deum pinguis spatiatur ad aras,

25 id est nunc ante ora deum spatiatur ad aras; item

aut agmina curru

proterit aut raptas fugientibus ingerit hastas.

Figurae coniunctionum duae sunt, simplex, ut nam, composita, ut namque. ordo coniunctionum in hoc est, quia aut praepositivae coniunctiones sunt, ut | at ast, aut subiunctivae, ut que autem, aut communes, ut et igitur. sunt etiam dictiones quas incertum est utrum praepositiones an adverbia nominemus, quae tamen omnes facile dinoscuntur. nam et coniunctiones pro aliis coniunctionibus positae inveniuntur potestate mutata.

35

DE PRAEPOSITIONE

Omnes praepositiones dicuntur generaliter. species autem hae, aliae accusativae, aliae ablativae, aliae utriusque. accusativae per casum accu-

2 quoniam om. F 3 et copulativa] *Diom. p. 417, 1* 4 in expletiva ut quae
F: *Verg. bucol. 1, 26* 6 videndi s. t. c. u. u. pro F videndi pro 5 7 timeo
danaos et dona ferentes item aut coniunctio 8 timeo dona ferentis proximo item au
coniunctio F: *Verg. Aen. II 49. reliqua et coniunctionis exempla supra p. 519, 39 in F*
scripta huc transposuit *Putschius* 9 et om. F: *Verg. Aen. I 48* iunioris F
adore] *Putschius* 10 propterea F imponet 11 et om. F: et claro — a. m.
ut om. 12 ut] et F 13 quorum impetus seniam gravior paleas et vulnere tardius
nisi F: *Verg. Aen. II 435* 16 corpusque] *Verg. Aen. VI 219* figmentis et un-
guunt pro inde ungunt F 17 aut coniunctio] *Diom. p. 417, 29* 19 ante orbem
pueri et prima euoffia ut caris arcus aut lenta l. s. c. et aut nersi terga dedere aut
ipso porte Modo pro tempore significantes. um. ef. aut ante F: *Verg. Aen. VII 162*
23 pro tempore significat ut aut ante 24 ad aras d. p. s. a. a.
id est F ad aras instaurat donis epulas id est 26 aut agmini curro pererit aut F:
Verg. Aen. XII 329 35 DE PREPOSITIONIBUS F

p. 2014. 15 P.

sativum enuntiantur, ut ad apud ante adversum cis citra circum circa contra erga extra intra inter infra iuxta ob penes per prope propter praeter post pone secundum supra trans ultra. in his praepositionibus servanda genera nominum, id est masculinum femininum neutrum commune, servandi etiam numeri, ut puta masculino singulari ad agrum, 5 plurali ad agros; feminino singulari ad villam vel ad possessionem, plurali ad villas vel ad possessiones; sic neutro singulari ad templum, ad Capitolium, plurali ad templa, ad Capitolia; sic communi genere singulari numero ad civem, ad hostem, ad sacerdotem, plurali ad cives, ad hostes, ad sacerdotes. sic ergo omnes praepositiones observabis servatis, 10 ut dixi, generibus, servatis numeris singulari et plurali, servatis similiter pronominiis, secundum genus masculinum ad hunc, pluraliter ad hos; femininum ad hanc, pluraliter ad has; neutrum ad hoc templum vado, pluraliter ad haec templa; sic communi genere ad hunc et ad hanc sacerdotem, pluraliter ad hos et has sacerdotes. ablativae ablativum atten- 15 dunt tam in singulari quam in plurali servatis generibus numerisque, ut puta a ab abs cum coram clam de e ex pro prae palam sine absque tenus: masculino singulari a fratre, plurali a fratribus, feminino singulari a sorore, plurali a sororibus vel a civitate a civitatibus: ab singulari masculino ab amico, plurali ab amicis, ab agro ab | agris; feminino 20 singulari ab urbe, plurali ab urbibus; neutro singulari ab templo, plurali ab templis; a communi singulari a cive, plurali a civibus, ab hoste ab hostibus. hanc declinationem serva in omnibus his ablativis praepositionibus secundum genera et numeros.

Remanet tertia species praepositionum, quae dicuntur utriusque, quae 25 et accusativum tenent casum et ablativum. sed plerosque ratio harum praepositionum praeterit, et qua distinctione intellegantur non aperte expositum est. differentia haec est in motu et in situ. sed motum putaverunt quidam accusativum tantum tenere. tenet autem utrumque, sed certa ratione. nam motus tunc tenet accusativum tantum, cum a locis in 30 alia loca nos moveri significamus, ut curro in forum vel in campum: si ex alio loco currere nos dicimus in forum vel in campum, accusativum casum tenemus; si autem in uno eodemque loco, ablativum, ut curro in foro, curro in campo. sic ambulo in foro et ambulo in campo: si de alio loco ambulamus in forum, accusativum tenemus; si in eodem loco ambu- 35 lamus, ablativum tenemus, ut ambulo in foro. sic cadit in forum et cadit in foro *

ingrediturque solo et caput inter nubila condit, ut est 'in arvis altius ingreditur', id est ambulat: vides motum esse et tamen ablativum sibi vindicare; sed in loco, ut dixi, non de 40 loco in locum. sic lapsus in piscinam et lapsus in piscina: si de alio loco in piscinam labatur, accusativus est; si vero in eadem labatur piscina

6 ad positionem — ad positiones F 9 civem — cives] vicem — vices F 15 sacerdotes ITEM DE PRAEPOSITIONIBUS In his ablativum attendit F sacerdotes sic ad hos et ad has hostes. in his ablativum attendit 5 25 dicitur F 26 teneat F 27 et qua distinctione intellegat ut non aperte expositum eius differentia F ex qua distinctione intelligat ut non appareat expositum eius differentia 5 28 in motum et in situm F 30 tantum] casum 5 in alio loco F 36 et cadit in foro id est ambulat ingrediturque F et cadit in foro. Virgilius ingrediturque 5: Verg. Aen. III 177. lacunam, qua definitio differentiae utriusque casus excidit, indicavi 38 nubula F 39 in arvis] Verg. georg. III 75 ingreditur] incliditur F

ablativus est. venio autem semper accusativum tenet, quia de loco ad locum quis venit; in loco autem cum iam sit quis, cessat motus. item motus de loco in locum, volvo vel evolvo: 'reperire viam qua evolvere possit in mare se Xanthus', evolvere se ab alveo in mare; in ipso autem loco volvi ablativum tenet, ut 'fundo volvuntur in imo'. altera praepositio utriusque sub. e loco in locum motus accusativum tenet: de hasta Virgilius sic ait, 'sub altum pectus abit', | sub illam rem; item in loco ablativum, 'Troiae sub moenibus altis contigit oppetere', id est cadere vel iacere; Troiae, inquit, sub moenibus altis. item de loco in locum

10 sive sub incertis zephyris mutantibus umbras, et subiunxit 'succedimus', ubi est motus de loco in locum. super: 'super Garamantas et Indos proferet imperium', motus est *de loco in locum*; in loco autem, 'gemina super arbore sidunt'. item subter de loco in locum, ut 'angusti subter fastigia tecti ingentem

15 Aeneam duxit'; in loco autem,

cum tamen omnis

ferre libet subter densa testudine casus.

sic sub, si de loco ad locum fiat motus, accusativum tenet, 'sub speluncam curro'; si autem positus sub ipsa spelunca curras, ablativum tenet, 20 'sub spelunca curro'. sic super, si de loco ad locum fiat motus, accusativum tenet, 'super tectum curro'; si autem positus quis super tectum currat, ablativum tenet, 'super tecto curro'. sic 'subter fluctus mergor': si ex litore motus fiat in dimersionem, accusativus est, ut 'mergor subter fluctus'; si autem iam quis sit in fluctibus, subter fluctibus mergitur.

25 sed multum iuvant hanc locutionem et observationem duo adverbia locorum, quo et ubi. quo in locum motus est, ubi in loco situs est, ut 'quo venit telum? in hostem: ubi haesit? in hoste. quo voluit Catilina telum dirigere? in consulis corpus. ubi voluit defigi? in consulis corpore'. sic enim ait de sica, 'ut eam putes in consulis corpore defigere'. sic cum dicimus 'quo fugimus?' scilicet in locum, 'ubi latet?' in loco. ergo, ut diximus, multum iuvant adverbia haec duo ad confusionem distinguendi praepositiones utriusque casus. sic namque de hac adverbiorum ratione purgatur et illud in Verrinis, 'quod ille in capite ab hostium duce acceperat'. ergo vulnus directum in caput 35 et acceptum in capite. numquid 'quo accipis vulnus' dicimus? minime, sed 'ubi accipis'. et Virgilius * 'quo ire iubes' in locum significat, in

1 semper accusativus est quia Fg 2 autem iam cum sit quisque cessat Fg
3 reperire] Verg. Aen. V 807 viam qua evolvere Putschius viamq; volvere F viam
qua volvere g 4 xanthus evolvere sed ab alveo F xanthus. s. ab alveo g 5 fundo]
Verg. Aen. VI 581 6 altera praepositio utriusque si sub e loco in locum motus de
asta sic ait sub accm pectus habet F sic sub e loco in locum motus accusativum tenet
de hasta Virgilius sit ait sub pectus g 7 sub altum pectus abit Putschius: Verg. Aen
VIII 690 item sub ablativo troiae Fg: Verg. Aen. I 95 8 appetere F
10 sive sub] Verg. bucol. 5, 5 zioris F 11 succedimus] subcedibus F super
motus super garamantas et indos g Motus supergaramanta sedes F: Verg. Aen. VI
795 12 proferret F de loco in locum om. Fg 13 gemina] Verg. Aen. VI 203
sedent F 14 angustus F: Verg. Aen. VIII 366 15 aenea F in loco autem
Putschius ablativo autem F Alto autem g 16 cum] Verg. Aen. VIII 513 22 mergo
Fg 26 ut] in F 27 haesit] exit F quo] in quo F 28 dirigere] trigare F
29 ut eam] Cic. in Catil. I 7, 16 31 ut diximus tum iuvant F ut diximus ad-
iuvant g 33 in Verrinis] act. sec. V 1, 3 ille in caput g 34 acceperat. acce-
perat ergo vulnus directus in capite acceptum in capite g 35 minime om. F
36 excidit versus Vergiliū Aen. III 88 quove ire iubes, ubi ponere sedes?

p. 2016—18 P.

loco autem 'ubi ponere iubet'. situs vero semper ablativum tenet, quia contrarius est motui. nam ipsum nomen sessionem quandam significat, ut puta sum in foro, eram in foro, | fui in foro, futurum sum in foro. sic simpliciter sedeo iaceo cubo sto consisto haereo, omnia haec ad situm pertinent. meditanda igitur sunt et in usum ducenda, ut iam in hac praepositionum forma et recte et nulla haesitatione loquentes studuisse nos diligentius indicemus.

DE INTERIECTIONE

Interieccio non pars orationis est, sed affectio erumpentis animi in vocem, et significat aut lactitiam, ut evax, aut amaritudinem, ut heu, 10 apud Graecos $\phi\epsilon\upsilon$. ergo quot sunt perturbati animi motus, tot voces reddunt. et vocantur interiectiones, quod interrumpant orationem, ut est illud, hic inter densas corilos modo namque gemellos

spem gregis,

sequitur mox interieccio per litteram a, 'a silice in nuda conixa 15 reliquit': in medium orationis interiecta est a littera.

Omnes partes orationis decursae a nobis sunt, quae ad compendium sufficiant aut occupatis aut negligentibus. sane quod omisimus in tractatu nominis, reddimus. scire enim debemus nomina numerorum a quattuor usque ad centum aptota esse generis omnis, ut quat|tuor viri, quattuor 20 feminae, quattuor mancipia. sic per omnes casus quattuor dicimus, ut puta virorum quattuor, mulierum quattuor, mancipiorum quattuor; sic accusativo viros quattuor, feminas quattuor, mancipia quattuor; ablativo a viris quattuor, a feminis quattuor, a mancipiis quattuor. sed ideo dixi a quattuor aptota esse usque ad centum, quia duo declinantur, duo duo- 25 rum duobus duos vel duo o duo a duobus. sic tres declinantur et currunt per casus, hi et hae tres horum et harum trium his tribus hos et has tres o tres ab his tribus, a genere neutro haec tria horum trium his tribus haec tria o tria ab his tribus. ex hac ergo forma intellegimus, quo modo dicamus hic duumvir, quasi duorum hominum unus vir, sic 30 triumvir trium hominum unus vir. ergo hic admisit genitivum. iam quattuor indeclinabile est: quattuorvir dicimus vel quinquevir vel sexvir. unde Lucanus 'septemvirque epulis festus': pro genitivo posuit septem. a ducentis autem usque ad nongentos declinantur nomina numerorum, ut est hi ducenti et hae ducentae. neutro ducenta. mille inde- 35 clinabile est.

1 ubi ponere nubes secus uero F 6 recta F 13 hic] Verg bucol. 1, 14
14 gregis mox ξ grecissat mox F 15 per litteram a silicem nuda conexi (corr. -xa)
relinquit F 30 quomodo declinemus (intellegimus add. F) hic duumvir F ξ 31
iam in quattuor F 32 ubi indeclinabile ξ : ubi al. man. add. F 33 Lucanus]
Pharsal. 1 602 fectus F, om. ξ 35 indeclinabile $\bar{e}$ expl. F